

1
2
3
4
5
6
7
8
9



1705.

1. Bodinus, Henricus: De furtigationis iniquis usus
Robinson
- 2^a Bodinus, Henricus: De beatitudine iustitiae 2 Sept
3. Bodinus, Henricus: De donatione propter nuptias
et erroribus doctorum vindicata
4. Bodinus, Henricus: De jure domini in praedio
servente
- 5^a Buchner, Julius Henricus: De eo quod iustum est
circa locum publicum: 3 Sept 1704, 1743 & 1755.
- 6^a b, c, d. Buchner, Julius Henricus: De jure praedium publi-
carum. 4 Sept. 1705, 1711., 1723 & 1733.
- 7^a b, c, d. Buchner, Julius Henricus: De eo, quod iustum
est servente iustitiam 4 Sept. 1705 & 1741.
8. Vornmeier, Andreas Julius: De Germanis rursus
, Romanis subacta
- 9^a Ludovici, Dec. Kosteren: De Gemina intellecta
boscardi vulgaris: omne iuramentum servandum
est, quod saltem salute alicuius servari potest

10^o =^{te} Pachelbel a Bechaz, Gabriel : De originibus Electorum
sive que ab ipso Christi natiuitate non pavoribus

11. Schenker, J. F. : De incompetencia actionis
pignoratitiae contra heredes





[Faint, illegible handwriting in cursive script, likely a list or account entry.]



DISSERTATIO IVRIS ECCLESIASTICI 287

DE

IVRE PRECVM

PUBLICARVM, 1705/65

von Oeffentlichen

Kirchen-Geberthen/ 13

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. PHILIPPO WILHELMO,

PRINCIPE BORVSSIAE, MARCHIONE BRANDENBURGI-
CO, DVCATVS MAGDEB. GVBERNATORE, & reliqua,
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO,

PRAESIDE

DN. IVSTO HENNINGO Böhmer!

I. V. D. PROF. PVBL. ET FAC. IVRID. A.

*Patrono ac Praeceptore suo omni honoris & pietatis cultu
etatem prosequendo,*

IN REGIAE FRIDERICIANAE,

AVDITORIO MAIORI

d. 31. Avg. MDCCV.

Solenni Eruditorum disquisitioni subiiciet

FRIDERICVS a SALLERN, Hofsatus.

Denno recusa MDCCXI.

17





26

CAP. I.
DE
ORIGINE IVRIS CIRCA PRE-
GES PVBLICAS.

§. I.



Illa semper merito inter Christianos Optimus Chri-
stianorum cul-
tus diuinus con-
sistit in deuotis
precibus. habita est optima cultus diuini ratio, quæ precibus deuotis & ardentissimis ad Deum fufis expediretur, siquidem nullum promptius & melius medium esse potest, quo desiderium cordis ad Deum eleuetur, & spiritus ad eum ducatur, quam deuota oratio. Quod suo quondam symbolo egregie exprime

re voluit pientissimus ICrus Brunnemannus, his verbis constante: *deuota precatio est optima Christianorum Status ratio*, id quod etiam suo exemplo, ad imitandum omnibus proposito, luculentissime expressit. Conf. Eund. *de iure Eccl. lib. 1. c. 6. m. 6. in f.* Si morem præcorum Christianorum in purissimo statu Ecclesiæ intuemur, quot monumenta sædularum præcationum deprehendimus! Certe Apostoli Saluatoris nostri, monitorum Magistri sui memores, semper coniungere solebant præcationes, ceu inprimis apparet ex *Act. 1. 14. II. 42. III. 24. seqq.* optime scientes, quanta inesset vis in coniunctione precum, vid. Chrysof. *homil. 73. ad Antioch.* Petr. Chryfolog. *serm. 132.* Imo eiusmodi indefessis præcationibus se ipsum
A Deum

Deum vincere, & quasi eidem vim facere dicebant, esseque hanc violentiam Deo gratissimam, & acceptam. Tertull. in *Apol. c. 39.* Et quemadmodum Christianorum proprius & verus character in vnione cordium spiritali consistit, ita nulla arctior vnio esse potest, quam qua per coniunctionem ardentissimarum precum conciliatur. Non itaque mirandum, quod primitiua Ecclesie Christiani in suis congregationibus ad colendum Deum institutis potissimum precibus arduis sese totos dederint, quod plenius ex antiquitate deducit Hildebrand. *de precibus vet. Christian. & in tr. de ritual precant.* Arnold in *der Abbildung der ersten Christen lib. 2. c. 1.*

Gentilium cultus precibus adicius suis.

§. II. Imo & ipsa idololatrifica Gentilium religio non aliena fuit ab hoc cultu per preces publicas exercendo, vt potius vbique suas solennes preces ad idola habuisse in omnibus sacris legantur. Nam & sacrificia Gentilium absoluebantur variis precibus votisque nuncupatis, Polydor. Virgil. *de inuent. rer. lib. III. cap. 5.* Pfeiffer *tr. de antiquitat. grec. lib. 1. c. 23.* Plura de sacrificiis precatorius Gentium congessit Io. Spencer. *in tr. de LL. Hebr. ritual. lib. 3. diff. 2. c. 2.* Quin quod vel ideo templa Diis exstructa dicebant, vt eo commodius possent preces ad eos fundere. Producam saltim in medium ver-

Ob preces publicas templa necessaria esse crederunt Gentilibus.

ba alicuius Ethnici relata ab Arnobio *aduers. gentes lib. 6.* quae haec sunt: Non ideo attribuimus Deis templa, tanquam humidus ab eis imbres, ventos, pluias aut soles arecamus, sed vt eos queamus coram & cominus contueri, affari de proximo & cum praesentibus quodammodo venerationum colloquia miscere. Sub axe enim nudo & sub aethereo tegmine invocati si fuerint, nihil audiunt, & nisi de proximo his admouentur preces, tanquam nihil dicatur, obstructi & immobiles stabunt. Haec confessio quamuis incongruum & ineptum de precibus sensum Gentilium praeseferant, tamen indicium praebent, potissimam partem Gentilium cultus quoque in precibus constituisse. Quam ob causam impiam hanc gentilium sententiam satis exagitat Lactantius *lib. 2. de fals. relig. c. 2.* his verbis: Cur igitur oculos in caelum non attollitis? & aduocatis nominibus eorum in aperto sacrificia celebratis? Cur ad parietes & ligna &

Indicium Lactantii de precibus Ethnicorum in templis.

sapi-

CIRCA PRECES PVBLICAS.

27.

lapides potissimum, quam illo spectatis, ubi eos esse creditis? Quid sibi
 templa, quid ara volunt? quid denique ipsa simulacra? qua aut mor-
 tuorum aut absentium monumenta sunt? Nam omnino fingendarum si-
 militudinum ratio iccirco ab hominibus inuenta est, ut possit eorum me-
 moria retineri, qui vel morte subtracti, vel absentia fuerunt separati.
 Deos igitur, in quorum numero reponimus? si in mortuorum; quis tam
 est stultus, ut colat? si in absentium; colendi ergo non sunt, si nec vident,
 que faciunt, nec audiunt, que precamur. Si autem Dii absentes esse
 non possunt, qui, quoniam divini sunt, in quacunque mundi parte fue-
 rint, vident & audiunt uniuersa. Superuacua ergo sunt simulacra, illis
 ubique presentibus, audientium nomina precibus aduocare. &c. E-
 rant præterea apud Romanos aliæ preces solennes, quæ *Supplicationes*
Gentilium, *supplicationum* nomine veniebant, quæ publica indicebantur
 autoritate ob res prospere gestas, & imprimis hoc dabatur hono-
 ri imperatorum, quibus triumphus decretus erat. Sic Cæsar
 lib. 2. de rebus Gallicis, c. ult. in f. de suis gestis ita loquitur: Ob
 eas res ex literis Cæsaris, dies XV. supplicatio decreta est, quod ante id
 tempus acciderat nulli. & lib. 8. de bell. Gall. cap. ult. in f. sic loqui-
 tur: His rebus Cæsaris literis cognitis Romæ dierum XX. supplicatio in-
 dicitur. Eodem sensu triumphi prærogatiuam has supplicati-
 ones fuisse commemorat Cicero Epist. 5. ad famil. lib. 15. & vti e-
 iusmodi supplicationes variis aliis ceremoniis & ritibus sacris
 fiebant, ita præterea addere solebant, supplicari Deo iure, vi-
 no, sine vel cum tibicine, obseruante Barnaba Briffon. de for-
 mulis, lib. 1. p. 42. præsertim cum variæ immolationes præterea
 in triumphis vsu frequentes essent, de quibus vid. Pancerol.
 ver. memorial. lib. 57. ibique Henric. Salmuth. Eodem sensu
 suadet Cicero in Philipp. XIV. in f. senatui, ut ob victoriam con-
 tra Antonium reportatam supplicationes per dies quinquaginta ad-
 omnia, ut loquitur, puluinaria habeantur: & de liberatione Rei-
 publ. a Catilinæ furore ita scribit: Orat. in Catil. 3. Quamob-
 rem, quiritas, quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, ce-
 lebratore illos cum coniugibus & liberis vestris. Nam multi sæpe honores
 Diis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti, sed profectio iustiores nun-
 quam. conf. Lil. Georg. Gyrard. tom. 1. syntagm. 17. pag. 503.

A 2

EX

4 CAP. I. DE ORIGINE IVRIS

Ex quibus apparet, supplicationes solennes a senatu fuisse decretas, quæ etiam ratio adhuc durasse quodammodo videtur mutato iam statu Reip. Sic enim Tacit. lib. XII. in f. ob Claudium morti vicinum preces publicas habitas fuisse scribit: *Vocabatur interim, ait, senatus, vota que pro incoluntate Principis consules & sacerdotes nuncupabant, cum iam exanimis vestibus & somentis obtegeretur.* Et deinde Id. Lib. 15. c. 23. *Iam senatus utrum Poppeæ commendauerat Diis, vota que publice susceperat, quæ multiplicata exsolutaque. Et addita supplicationes &c.* Ex quibus mos pro ægrotantibus & puerperio proximis orandi apud Ethnicos elucet conf. Liu. lib. 35. c. 40.

*Preces publicæ
solennibus conceptæ erant
verbis.*

§. III. Quemadmodum autem apud Romanos, quæ publice peragebantur, solennibus erant concepta verbis, formulisque præscriptis constabant, de quibus plenissime agit Briffon. de formul. solennibus. ita quoque preces suas publicas solennes esse voluere, id quod ex Isidori verbis illustrat Gyraldus c. l. p. 473. *Cum enim, inquit, primum homines exuta feritate, rationem vitæ habere cepissent, seque ac Deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commenti, utriusque magnificentiam ad religionem Deorum suorum excogitauerunt. Igitur, ut templa illa domibus pulchriora & simulacra corporibus ampliora faciebant: ita eloquio etiam quasi angustiore honorandos Deos putauere, laudesque eorum & verbis illustrioribus & incundioribus numericis extulerunt.* Erat quippe hæc gentilibus quoque innata opinio, omnia ad pompam & magnificentiam externam in cultu Deorum esse referenda, quæ magis externos afficerent sensus, quo misera plebs magis, quam iudicio pollere solet, adeoque non mirandum, quod tot monumenta formulariarum precum, eorumque solemnium passim deprehendamus. Atque has preces publicas CARMINA solebant appellare, quemadmodum Plinius Paneg. Traian. cap. 63. & 92. preces Comitorum solennem *carmen* appellat, cum moris apud Romanos fuerit, ut formulæ solennes in genere *carmen* appellarentur vid. Cic. orat. pro Muren. c. 11. seqq. Pertinent huc verba Liuii lib. 39. c. 15. optime id illustrantia: *Ad hæc officia, inquit, dimissis magistratibus*

Carmina quid?

publicas CARMINA solebant appellare, quemadmodum Plinius Paneg. Traian. cap. 63. & 92. preces Comitorum solennem *carmen* appellat, cum moris apud Romanos fuerit, ut formulæ solennes in genere *carmen* appellarentur vid. Cic. orat. pro Muren. c. 11. seqq. Pertinent huc verba Liuii lib. 39. c. 15. optime id illustrantia: *Ad hæc officia, inquit, dimissis magistratibus*

CIRCA PRECES PVBLICAS.

28.

gistratibus, consules in rostra ascenderunt, & concione aduocata cum SOLENNE CARMEN PRECATIONIS, quod praefari priusquam populum alloquantur, magistratus solent, peregisset, consul ita coepit: Nulli vnquam concioni, quirites, tam non solum apta, sed etiam necessaria haec SOLENNIS DEORVM COMPRECATIO fuit, quae vos admoneret, hos esse Deos, quos colere, venerari precarique maiores vestri instituissent & c. conf. Cicero lib. 1. de diuinat. p. m. 372. Quemadmodum autem cura sacrorum & solennia publica circa haec obseruanda demandata erant sacerdotibus, adeo vt etiam secundum l. 1. §. 1. ff. de l. & l. iuris publici partem absoluerit, ius sacrorum & sacerdotum, de quo conf. Mar. Lyclama, membr. lib. 7. eccl. 41. ita haec precationes solemnes a sacerdotibus tum conceptae, tum etiam custoditae fuere; quemadmodum etiam formulae agendi in foro publico a sacerdotibus olim petebantur. l. 1. §. 6. ff. de O. I. conf. Dn. Thomasi. in Nau. iurapr. lib. 1. c. 4. Aperte id testatur A. Gellius in N. A. lib. 13. c. 21. his verbis: *Comprecationes Deorum immortalium, quae ritu Romano Diu fiunt, exposita sunt in libris sacerdotum pop. Rom. & in plerisque antiquis orationibus.*

§. IV. Vti vero in formulis forensibus insigni praecautio-
ne opus erat, ne vel in syllaba quis erraret, cum alioquin er-
rans causa caderet; ita formulae solennes in precationibus pu-
blicis ad vnguem debebant obseruari, & retentis superfluo-
se verbis consuetis recitari, ex quo apparet, quam antiquis
simus mos per formularias preces Deum colendi fuerit, qui tan-
dem etiam Christianismum corruptit. Ne autem vel in sylla-
ba errarent, aut praepostere quid dicerent, moris erat, vt de scri-
pto aliquis praerret, (vti hodie fere iuramenta praestari solent) a-
lius vero custos daretur, qui attenderet. Plin. lib. 28. c. 2. Sic Liu-
lib. 8. c. 8. refert Decium in maxima trepidatione, cum de victoria
desperare incepisset, Valerium Cos. magna voce inclamasse:
Deorum ope, Valeri, opus est. Age dum pontifex publicus populi Romani pra-
uerba, quibus me pro legionibus deuocueam. Ipsam obsecrationem
ibi Lius addit. Sic & ob instantes terrae motus a populo so-
lemnes obsecrationes fieri solebant, teste Lius lib. 4. c. 21. vbi

*Superstitio in
formulariis
comprecationi-
bus apud Roma-
nos, ne vel in
syllaba erra-
rent.*

ita: *Obsecratio itaque a populo, Decem viris præcuntibus, facta est, quod etiam Sueton. in Claudio c. 22. testatur his verbis: Observavit sedulo, ut quoties terra in urbe mouisset, ferias advocata comissione Prætor indiceret, utque ob dira, aut in urbe, aut in Capitolio visa obsecratio haberetur, eamque ipse iure Max. Pont. commonito pro rostris pop. Rom. præteret, quod fere conuenit cum hodiernis Romanensium moribus, cum, quoties terræ motus iuxta Dei iudicia annunciant, tunc demum iussu prætoris sui sanctissimi ad solennes obsecrationes confugiant, de cetero satis secure viuentes. Nihilominus tamen Gentiles solennibus hisce & formulariis obsecrationibus magnam attribuisse vim, apparet vel ex verbis Ciceronis in Orat. pro Muræna ita asserentis: Quodsi illa solennis Comitiorum precatio, consularibus auspiciis consecrata, tantam habet in se vim & religionem, quantam Reipubl. dignitas postulat, ita ego sum precatus, ut iis quoque hominibus, quibus hic consulatus, me rogante, datus esset, ea res fauiste, feliciter prospereque eueniret. Ceterum alios ritus in solennibus obsecrationibus votisque adhiberi solitos lubens hic omitto, quos diligenter satis collegit Barnabas Briffon. de formul. solennibus lib. 1. p. 107. seqq. De formulis precandi apud Græcos vid. Pfeifferer. de antiquit. Græc. lib. 1. cap. 6.*

Inde iura precum publicarum apud Romanos.

§. V. *Quæ omnia si animo ponderamus, facile apparebit, apud Romanos iura precationum obsecrationumque publicarum satis solennia & frequentia fuisse, ut adeo mirandum sit, quod vix vlla adhuc earum supersint in iure Romano vestigia, nisi quod in genere hinc inde de iure sacrorum, quo etiam precationes publicæ pertinebant, refertur, vid. l. 1. §. 2. de 1. & l. 2. ff. de in ius. voc. l. 18. de procurat. l. 32. §. 4. ff. de recept. l. 60. §. 1. de donat. int. vir. & vx. Et quamuis alioquin preces potissimum ad Deum fundantur, & hæctenus, quid circa illas iustum sit necne, eo sensu proprie in controuersiam forensensem venire non possit, tamen iura precum statim eo ipso sese exseruerunt, quo sollemnitatibus certis ciuilibus conceptæ & per formulas publicas præscriptæ atque adeo solennes & publicæ factæ sunt. Quo posito nunc facile constabit, quid sensu iuridico*

CIRCA PRECES PVBLICAS.

7

29

dico per preces publicas intelligatur, quod si ante excussum fuerit, deinde iudicandum erit, an & hodie eadem ratio fit pre-
eum publicarum, vt illis prædicatum *iusi & iniusi* applicari
possit.

§. VI. Videlicet si preces in se considerantur, & prout *vera precatio*
ex doctrina Saluatoris esse debent, potissimum ad actus animæ *ratio.*
internos pertinent, eiusque veri proprii & vnici debent esse
effectus. Atque, ni me omnia fallunt, id satis innuisse vi-
detur Saluator *Iob. IV. 23.* ostendens, quæ sint proprietates ve-
rarum precum, scil. vt fiant in *Spiritu & veritate.* Nam, pergit,
*Deus est Spiritus, & qui cum adorare volunt, eum adorare debent in Spi-
ritu & veritate.* Est itaque precatio *spiritualis actio anime in veri-
tate ambulantis,* h. e. in sinceritate, in cuius spiritu nullus latitat
dolus, vt ait *Psalmista;* sicuti itaque hæc spiritualis animæ
actio vnice ad Deum dirigitur, ita quoque eius vnica ra-
tio consistit in desiderio ardenti erga eum, idque perpetuo.
Dum itaque Paulus præcipit, orandum esse *ἀδιαλείπτως* *1. Thess.*
V. 17. Rom. XII. 12. Col. IV. 2. Ephes. VI. 18. nihil aliud significat,
quam per omnem vitam desiderandum esse, & cum hi, qui in
Spiritu & veritate ambulant, semper cœlestia desiderant, hinc
tota vita eorum est perpetua deprecatio *Hildebrand. de precib.*
*vet. Christian. cap. 2. §. 3. conf. Cyprian. de orat. Domin. cap. 6. Au-
gustin. in Psalm. 34.* Hisce præsuppositis in aprico est, (1) *pre. consuetaria.*
ces ad certum locum non esse adstrictas, quod ipse Saluator *Iob. IV.*
21. seqq. innuit, & *Ambrosius in c. 1. ad Roman. Non locus oratio-
nem commendat, sed deuotus animus,* conf. *Hildebrand. cit. l. c. 1. §.*
4. (2) non requirere certos ritus externos, non quod externa precan-
tium ad humilitatem & excitationem deuotionis tendentiâ fi-
gna accedere non possint, nam & hos ritus semper adhibitos
fuisse, ostendit *Hildebrandus in ritual. precant. sed quod non*
sint necessari, quippe Deus cor respicit. (3) multo minus certam
aliquam solemnemque formulam, cum enim potissimum absoluat
spirituali desiderio, perinde erit, quibus verbis cordis deside-
rium proferatur. (4) *imo etiam absque verbis fieri posse,* & hoc est,
quod *Christus dicit, in spiritu adorare Deum; (5) multo minus*
preces.

8
CAP. I. DE ORIGINE IVRIS

preces adstrictas esse ad certum tempus, &c. Atque si hoc modo preces considerantur, a consideratione iuridica videntur esse alienæ.

Illustrantur dicta ex ipsa sacra historia.

§. VII. Atque hæc ratio precum tum sub Patriarchis, tum sub incunabilis Christianismi fuisse videtur. Loca precum sub Patriarchis ambulatoria fuisse, Hildebrand. *de precib. vet. Christi. c. 1. §. 1.* Neque Christiani primitivi ad exemplum Servatoris semper certo loco, tempore aut forma precati esse leguntur, sed passim preces fuderunt in priuatis ædibus, *Act. I. 13. II. 1. IV. 28. X. 2. 9. XXI. 5.* in locis absconditis, cryptis, campis, hortis, imo etiam ad tumulos martyrum, precandi ergo conuenire solebant. Onuphr. Panuin. *de rit. sepel. mort. c. 11.* Et quamuis passim certi ritus adhiberentur, illi tamen ab initio in mera consistebant libertate, sicuti etiam alia, quæ circa preces obseruant ex antiquitate eruditi.

Annon certus ordo & ratio in precibus possit introduci?

§. VIII. Verum hæc omnia quidem indicant, externos illos ritus aliasque circumstantias in precibus non esse necessarias, sed non euincunt, pro certo rerum statu talem ordinem circa preces introduci aut recipi non posse. Quemadmodum enim Paulus *1. Cor. XIV. 40.* monet, omnia faciendâ esse *decenter & ordine*, ita tum imprimis, vbi congregationes fidelium cultus diuini gratia, qui potissimum in precibus consistit, fiunt, in precibus certa dispositio circa ordinem seruandum, haud reicienda est, vid. Dn. Breithaupt *diss. de ordin. in eccles. seruand.* In veteri testamento Deus ipse quædam hac de re in populo suo constituit, dum permittit, vt templum Hierosolymitanum extrueretur, quod tunc factum est locus precum publicus, id quoque aliquoties vocatur *domus precum*, *Es. LVI. 7. Matth. XXI. 13. Ier. VII. 11.* nec ipsi Apostoli ab hisce precibus publicis abhorruere in templis, ceu apparet ex *Act. XXII. 17. Act. III. 1. V. 42.* &c. non, quod etiam in veteri testamento non licuerit alibi, quam in templo, preces fundere, sed quod templum hoc esset destinatum ad preces publicas faciendas. Atque adeo exinde apparet, preces publicas & solennes melioris ordinis gratia

CIRCA PRECES PVBLICAS.

30.

gratia introduci, easque in congregationibus fidelium certo modo disponi posse, vt omnis euitetur *ἀταξία*, dummodo non omnis precationum ratio ad hæc externa alligetur, aut in his externis mens orantium subsistat, sed potissimum spirituali actione animæ nitatur. Sic itaque *preces publica*, vbi pro certo rerum statu necessaria videntur, iam aliam plane ab externo ordine faciem adsumunt, cum variis modis determinantur, a loco, tempore, modo, ritu externo, formula certa &c. quæ alias minus necessaria videbantur, sed in publica congregatione vtilia iudicantur, ut sint deuotionis incitamentum, & ordinis boni indicium.

§. IX. Atque hic ordo externus tunc in primitiua ecclesia introductus videtur, vbi congregationes fidelium ad certum ordinem reduci cœperunt, quod ex monito Pauli *1. Cor. XIV. 40.* statim introductum esse, probabile est, sed non ex potestate aliqua legislatoria aut imperatiua, sed mutua harmonia & omnium consensione, quia omnium corda per spiritum vnionis erant inter se connexa. Et licet negari nequeat, instituta talia potissimum a Presbyteris introducta, vel saltem congregationi proposita fuisse, nullam tamen dictatoriam potestatem hac in parte sibi adseriebant, sed potius officio iniuncto, cui directio externa cohærebat, eo ipso satisfaciebant, & ita, cui semel directionem congregationis externæ commiserant, eo promptius morem gerebant. Neque existimandum est, ab initio tot ritus & ceremonias formulasque precandi adfuisse, vti quidem ex postfacto accesserunt, sed quæ externæ obseruabantur circumstantiæ, simplices erant, & ad maiorem excitationem deuotionis, non ad aliquam pompam directæ: quo plura enim postea ritualia accesserunt, eo magis perditata est vis precandi, & extinctum internum ad Deum desiderium, quod vberius sæpe laudatus Hildebrand. *in Rituali precantium* passim ostendit. Ita scilicet comparata est corrupta hominum natura, vt, si in rebus spiritualibus nimis obseruatur ritibus, mox a rei virtute desciscat, & in externis subsistat,

In primitiua ecclesia qualis fuerit ratio precum publicarum.

B

istat,



fistat, vel saltem tota externo cultui inhareat, vnde superstitio postea vniuersam corripit Ecclesiam.

*Illustratur hoc
exemplis.*

§. X. Sed testimoniis ordinem in precibus publicis olim in puriori ecclesie statu seruari solitum illustrare iuuabit. Tertullianus *Apol. c. 39.* ita precationum publicarum rationem describit: *Coimus in certum & aggregationem, vt Deum quoque manus facta precationibus ambiamus orantes. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro more finis. Cogimur ad literarum diuinarum commemorationem, si quid presentium temporum qualitas aut premonere cogit aut recognoscere. Certe fidem sanctis vocibus poscimus, spem erigimus, fiduciam firmamus, disciplinam preceptorum nihilominus inculcationibus densamus; quo ipso re ipsa comprobabant, quod Paulus 1. Tim. II. 1. 2. iam sollicito obseruandum vrserat. Sic & Iustinus Martyr in *Apol. 2 in f. κοινὰς εὐχὰς* seu preces communes, & ordinem in iis seruari solitum ita describit: *vbi congregati sunt ad communes preces & supplicationes, tum pro se ipsis, tum pro illuminato, & aliis vbiq; gentium omnibus, animo intento peragendas: vt digni idoneique simus, qui veritate cognita, per opera etiam ipsa boni atque officiosi rerum administratores & datorum nobis mandatorum custodes inueniamur, atque vt salute saluemur sempiterna. A precibus finitis, mutuis nos inuicem osculis salutamus. Deinde ei, qui fratribus præst, offertur panis & poculum aqua, & vini, quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum vniuersarum patri, per nomen filii & Spiritus Sancti offert, & Eucharistiam siue gratiarum actionem pro eo, quod nos donis hisce suis dignatus sit, prolixè exsequitur. Atque vbi ille preces & gratiarum actionem absoluit, populus, qui adest, omni fausta approbatione acclamat, dicens; Amen. Amen autem voce Hebræa, Fiat, significat. Præsidiens vero postquam gratiarum actionem perfecit, & populus vniuersus appreciatione lata eam comprobauit, qui apud nos vocantur Diaconi atque ministri, distribuunt unicuique presentium, vt participet eum, in quo gratia acta sunt, panem, vinum & aquam, & ad absentes perferunt. In hoc recensito precum publicarum, seu communium ordine, magna adhuc elucet simplicitas, vt ideo haud adduci possim, vt credam, hæc preces, quas Iustinus describit, iam certis**

CIRCA PRECES PVBLICAS.

11

certis formulis fuisse adstrictas, quippe quod nec verba euincant, nec aliæ admittunt circumstantiæ, quamuis id exinde asserere conatus sit Caspar Caluör, in *Ritual. eccles. lib. 2. sect. 2. c. 3. §. 9.* Imprimis autem die solis ad preces communes Christianos conuenire solitos fuisse Iustin. Martyr. *cit. l. docet: Die, inquit, qui solis dicitur, omnium, qui in oppidis, vel ruri degunt, conuentus fit, & Apostolorum commentaria, aut Prophetarum scripta, quoad tempus permittit, leguntur.* Deinde ubi lector conticuit, præpositus orationem habet, qua hortatur, & ad rerum tam pulcrarum imitationem inuitat: postea communiter omnes exsurgimus, & preces fundimus, finitis autem precibus, panis proferretur & vinum & aqua, & præpositus similiter preces & gratiarum actiones pro virili suo instituit, & populus succlammat, dicens Amen &c. Comprobat illud vterius Tertull. *loc. alleg.* dum describit ordinem in Agapis obseruari solitum his verbis: *Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur. Post aquam manualem & lumina, ut quisque de scripturis sanctis vel de proprio ingenio potest, prouocatur in medium Deo canere; æque oratio conuiuium dirimit. In Constitutionibus Apostol. (quæ vulgo Clementi adscribuntur, quod tamen probari nequit, licet easdem antiquissimas esse, haud negemus,) lib. 88. c. 12. itidem hæc omnia comprobantur, dum refertur, quod Diaconus, cum Catechumenos & poenitentes abire iusserat, ut ad preces populum excitaret, & poenitentes abire iusserat, ut ad preces populum excitaret, de pulpito clamauerit: Nemo ex prohibitis accedat, fideles, stetit in genua, omnes intente oremus, rogemus Deum per Christum: post quem Diaconi clamorem fideles, quotquot aderant, in genua pronoluti pro pace & tranquillitate mundi, pro episcopis & presbyteris, pro viduis & pupillis, & pro ceteris inter homines ordinibus orarunt.*

§. XI. Vti vero ex hæcenus dictis liquet, preces imprimis fuisse fufas pro salute Imperatorum iuxta monitum Apostoli, quod etiam Aegyptiorum sacerdotes sedulo obseruarunt de quibus Diodorus Siculus *Biblioth. histor. lib. 1. p. m. 64. ita: adductis tum ad aram victimis, mos erat, pontificem sacerdoti adstantem magna voce in conferta Aegyptiorum corona preces enunciare: ut dii sanctitatem cum ceteris bonis omnibus regi largiantur: ita non adeo certo constat, an nominatenus in precibus publicis eorum facta fuerit*

An imperatorum nominatenus facta fuerit mentio in precibus.

fuerit mentio. Equidem apud Euseb. *Histor. eccl. lib. 7. c. 11.* sequens Dionysii Alexandrini assertum occurrit: *Nos unum Deum, rerum omnium opificem, qui Valeriano & Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit, colimus & adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, ut stabile & inconcussum permaneat.* Verum nihil aliud euincitur ex his verbis, quam quod pro imperio horum Imperatorum preces fusæ sint, non autem vlllo modo exinde colligi potest, quod nominatenus eorum facta fuerit mentio in precibus. Nec quod hic nomina eorum referantur, statim indicium præbet, eos etiam fuisse nominatenus allegatos in precibus publicis. Memores olim Christiani erant moniti Apostolici *i. Tim. II.* & hinc sua sponte absque vlla lege ciuili, nec tanquam ex opere operato, pro salute Imperatorum orabant. Testis est Tertullian. *ad Scapul. c. 2. Sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius, sed quomodo præcepit Deus pura prece.* Prouocat quoque ad hoc institutum Arnobius *lib. 5. contra Gent.* inquit: *Nostra scripta cur ignibus meruerunt dari? cur immaniter conuenticula dirui, in quibus summus oratur Deus, pax cunctis & venia postulatur, magistratibus, exercitiis, Regibus, familiaribus, inimicis vitam adhuc degentibus & resolutis corporum vinctiõne.* In eundem sensum Optatus Milenitanus *lib. 3.* loquitur: *Merito Paulus docet, orandum esse pro Regibus & potestatibus, etiamsi talis esset Imperator, qui gentiliter viueret. Quanto magis quod Christianus, quanto apud Deum timens, quanto quod religiosus, quanto quod misericors.* Idem confirmatur verbis Athenagoræ Atheniensis *in fine supplicationis s. Apologiæ ad Antonium & Commodum habitæ.* Vos igitur, ait, qui in omnibus omni modo tum natura tum institutione boni, moderati, humani & imperio digni estis; mihi nunc & cum obiecta consutarim, & quod nos pii, iusti & animo contentemur: simus, demonstrauerim, regali capite annuite: quos obtinere iustus est, quod petunt, quam nos, qui pro imperio vestro oramus, ut & filius a patre, sicut aquis finum est, imperium per manus accipiatis, & ipsum imperium vestrum subiectis omnibus incrementum & accessum capiat. In similem sensum fere loquitur Origenes *contra Celsum lib. 8. p. 426. edit. cantabrig.* dum respondet Celso, Christianos ad

ad militiam euocanti his verbis: *Respondemus, ferre nos Imperatori auxilia suo tempore, sed diuina (vt ita loquar) nimirum armatura freios, non humana: idque facimus Apostoli monitis obedientes, cuius hec verba sunt: Obsecro vos, primum vt faciatis deprecationes, orationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & cunctis in potestate collocatis.* Postea addit, Christianos puras quidem manus a cede humana seruare, sed tamen decertare, *fusi ad Deum precibus pro legitimo Imperatore, & pium iustumque bellum gerente milite, vt destruat, quicquid iuste facientibus aduersarium.* Itaque, pergit, *precibus nostris prostrigantes omnes bellorum excitatores, demones, & perturbatores pacis atq; federum, plus conferimus regibus, quam qui arma gestant pro Republ. Laboramus autem pro imperio Romano, dum iuste viuente vota pro eo facimus &c.* Denique Tertullianus in apolog. c. 30. etiam hanc praxin comprobat his verbis: *Nos pro salute imperatorum Deum inuocamus aeternum, Deum verum, Deum viuum, quem & ipsi imperatores proprium sibi prater ceteros malunt, & paucis interiectis: Hoc agite, boni presides, extorquete animam Deo supplicanti pro imperatori.* Prouocat deinde ad Apostoli preceptum, subiiciens cap. 32. *Est & alia maior necessitas nobis orandi pro imperatoribus, etiam pro omni statu imperii, rebusque Romanis &c.* Imprimis autem, quando precationibus suis commendabant Deo Imperatores magistratusque alios publicos, hoc vnice agebant, vt participes fierent gratia diuina & luminis aeterni, ad quod ipsimet per Christum essent vocati. Exemplo Romani martyris id nunc quidem illustrare liceat, qui cum iuberetur pro vita & salute Imperatoris Ethnico more Deos orare, ita apud Aurel. Prudent. de Corona hymn. 10. vers. 425. seqq. respondit:

- - Nunquam pro salute & maximis
Fortissimisque principis cohortibus
Aliter precabor, quam fidele vt militent,
Christique hymnis vt renascantur patri,
Cipiant & ipsum cœlitus paraclitum.
Vt idolorum respuant caliginem,

*Cernant ut illud lumen aeternae spei
Non succulentis insuens obtutibus,
Nec corporales per fenestras emicans.
Puris sed intus quod relucet mentibus.*

*Ordo in precibus
olim simplex
& varius.*

§. XII. Quo ardentior vero in primitiua ecclesia deuotio in precibus communibus & sincerior erat, eo magis precantes simplicitati meræ, quoad ordinem externum in precibus seruandum studuisse videntur. Quamuis enim etiam quidam externi designantes humilitatem ritus accesserint, de quibus Hildebrandi *Rituale precant.* consuli potest, illi tamen magis erant libertatis meræ, nec ita sub lege necessitatis iniungebantur, imo, quod caput rei est, tales, qui superstitione omni vocabant, adeoque cum intima cordis sinceritate & mentis simplicitate erga Deum connexi erant. *Apud Christianos, sunt verba Dn. Breithauptii in diss. de ordine in eccles. seruando cap. 3. priorum seculorum non offendimus externarum constitutionum atque ceremoniarum nimiam multitudinem, quia tum interna animi mutationi admodum studebant, ex qua deinceps libere prouenit externorum series. Temporibus Constantini cum Christiani multis fruerentur immunitatibus atque bonis terrenis, ceremonie mirum in modum auctæ sunt. &c. Neque vero huic externo ordini ita se alligatos credebant, ut ubique eadem Liturgia obseruaretur, sed etiam hic singulis ecclesiis sua videtur relicta libertas, neque adeo erant, qui de ordine disputabant aut controuersias forenses mouebant, quippe magis intenti erant ipsi veritati & substantiæ rei, quam externis ritibus. Adhuc suo tempore monuit Augustin. epist. 36. In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina Scriptura, mos populi DEI, vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt, de quibus si disputare voluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio. conf. Cardin. Bona rerum Liturgic. lib. 1. c. 6.* Neque etiam eorum, qui primitus introduxerunt eiusmodi liturgias, hæc videtur fuisse intentio, ut præcisè conscientias ad illas adstringerent eorum, qui successerunt, cum varii ritus pro ratione temporis, genio populi, aliarumque circumstantiarum

tiarum tunc quidem vtilis videbantur, qui mutato rerum statu, mutari quoque eadem libertate poterant.

§. XIII. Quemadmodum vero tempore Constantini *Preces publica*
qua ratione poli-
liticis respectibus
permiseri ceperunt.
 M. corruptio ingens inuaserat ecclesiam, ita quoque circa liturgiam publicam iam coeperunt plures sese exserere respectus politici, quorum intuitu, sicuti quoad totum cultum sacrum & œconomiam, ita imprimis quoque circa preces ecclesiasticas ordo, hæctenus ex libertate seruatus, legis vicem, diiudicationibus forensibus obnoxiam, obtinere cœpit, & hoc magis, cum (1) ipsi ministri ecclesiastici imperium vbique affectarent, quorum ingenio valde conducibile videbatur, si hæc instituta quoque iurisdictione discuterentur, cum satis antea perceptum cognitumque habebant, talia a laicis non aliter sententia forensi posse decidi, nisi salutato prius clero. (2) Præterea totum hoc negotium ad concilia iam detulerant, atque adeo cum nihil magis intenderent, quam vt conclusa conciliorum vim iuris externam haberent, quam etiam iam nacta erant, hæc quoque, quæ de liturgia circa preces ecclesiasticas erant constituta, effectum iuris externi fortiri debebant, id quod rursus ratio status clericalis postulabat. Accedebat (3) quod magis cortici, quam nucleo inharere cœperant, de illo seruando vnice solliciti, quo ipso tamen nucleus in cultu diuino omittebatur. Olim non erat sic. Ordinis externi quidem ratio habebatur, sed non propter se, sed propter illud, quod propter ordinem expediebatur. Non itaque metuendum erat, ne vltus respectus politicus hic corrumpere ecclesiam, & denique (4) cum politia quædam noua, quam hierarchiam dicunt, vbique exstrui in ecclesia cœpit, quid mirum, quod ad modum veræ politicæ omnia componerentur, & paulatim quoque controuersia forenses circa preces ecclesiasticas inciderent. Vno verbo: hoc modo preces publicæ propriam amiserunt virtutem, & conuersæ videntur in negotium aliquod ciuile, ob tot respectus politicos, qui circa easdem paulatim orti sunt.

§. XIV. Nimis autem me sine dubio diffunderem, si omnia ex specialioribus illustrare vellem circumstantiis.

Sed tamen
 quadam

Formularia
preces imprimis
in usu esse ceperunt.

quædam saltim summis, quod aiunt, digitis hic attigisse sufficiat. Sic itaque illud imprimis sub specie ordinis sacri introductum, quod homines sub *lege necessitatis* paulatim alligarentur ad *preces formularias*, & quod hæ tantum in ecclesiis recitandæ essent, quod illis totus cultus publicus absolueretur, & inde rerum liturgicarum prima fundamenta iacta fuerint. Et hæ formulariæ preces tam familiares & usu frequentes erant, vt, teste Eusebio, *lib. 4. de vit. Constant. c. 18.* ipse Cæsar Constantinus certam formulam militibus suis præscripsisse dicatur, quam ex eo recitare lubet: *Te solum Deum agnoscimus, te Regem profitemur, te adiutorem inuocamus, per te victorias consecutus sumus, per te hostes superauimus, abs te præsentem felicitatem consecutus sumus, & futuram indepturos speramus, Tui omnes supplices sumus, abs te petimus, vt Constantinum imperatorem nostrum vna cum pijs eius liberis quam diutissime saluum & victorem conserues.* Refert hanc formulam quoque Baron *sub anno 321.* Io. Baptista Casalius *de ver. sacr. Christian. rit. c. 3. p. 36.* Potissimum vero die dominica hæ præces præscriptæ a militibus erant recitandæ, hoc cum discrimine tamen, vt milites, qui nondum fideles facti erant, dominicis diebus deberent in patentes suburbiorum campos exire, atque ibi eandem precandi formam, date, ab vno aliquo signo, omnes simul recitare, quæ ratio precandi an a mero opere operato aliena, & non plerumque hypocritica fuerit, iudicent alii. Hisce semel introductis, non potuerunt lites variæ de ipsis formulis oriri, quæ tandem degenerare in controuerfias forenses. Christiani in primitiua ecclesia libertatem hac in re nunquam videntur abdicasse, sed subsequenter temporibus mirum in modum tenaces esse ceperunt precum ab antiquis traditarum, de quo plenius Hildebr. *in ritual. orant. c. 1. §. 15.* agit, actum esse putantes de religione Christiana, si non easdem semper recitarent formulas, iisque grauitè resistentes, qui libertate sua vtî amarent. Bene Nicephor. *lib. 12. c. 43.* Tales, inquit, *dissensiones in ecclesijs inualuisse opinor reuerentia eorum, qui eis ab initio præfuerunt, & qui illis deinde successerunt. Nam ii leges quasdam ab illis acceptas per manus posteris*

preces a Constantino militibus præscriptæ.

seris tradiderunt; non satis piū, neque ferendum esse arbitrati, si traditiones, in quibus educari essent, non honorifice colerent, sed contemnitur reicerent. Hęc ingenua confessio satis ostendit, quatenus omnia per modum legis inualescere cōperint in ecclesia, quæ antiquitus ex libertate mera erant introducta, nec sub illa intentione, ut legis rationem haberent, aut pomum Eridos essent: Idem confirmat Sozomenus *lib. 5. c. 19.* Imo cum frequentes desuper lites orientur, quibusdam formulis antiquis mordacitatis inhærentibus, quibusdam magis libertate Christiana utentibus, tandem res conciliis variis determinari, & modus preceationibus publicis præscribi cōpit. Ita tandem preces commercio humano cum cetero cultu subiectæ sunt. Sic in Concilio Mileuitano *can. 12.* hac de re ita cautum legitur; *Placuit & illud, ut preces vel orationes & missæ, quæ probatæ fuerint in Concilio siue præfationes siue manus impositiones ab omnibus celebrentur, nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint.* Idem Patres Carthaginenses in Concil. Africano III. *c. 23.* statuere aientes: *Qui unquæ sibi preces aliunde describit, non eis utatur, nisi prius cum instructioribus contulerit.* Sic itaque omnis virtus precum iam in aptitudine quadam formularia collocata est, quasi Deus magis verborum externorum corticem, relicta sinceritate cordis, vero precum nucleo, hominibus commendasset. Sed talia publice facta sunt, ut constaret, iam ex pietate lucrum, ex sanctitate monopolium, & ex precibus publicis commercium publicum esse factum.

§. XV. Exinde etiam probabile est, ortum traxisse illud *Collecta quid?* precum publicarum genus, quod *collectas* vocamus, quæ vnde dicantur, non adeo satis constat. Hoc certum est, breuem esse orationem, quæ a sacerdote recitatur, salutatio prius populo, vel potius cantatur. Alii eam dictam volunt ab eo, quod, populo in vno collecto, recitetur; adhuc alii, quod ex selectis sacre Scripturæ verbis compendiosa breuitate colligatur, vel quod omnes collectis animis, affectus suos & mentem ad Deum attollant, vid. Claud. Espencæus *de Collectis ecclesiasticis.*

fast. Card. Bona Rer. Liturg. lib. 2. c. 5. §. 3. Hildebrand. in Ritual. precant. c. 1. §. 9. Atque hæ collectæ in nostris ecclesiis satis notæ sunt, & in agendis, vt vocant, ecclesiasticis verbis præscriptæ sunt conceptis, vt secundum illas liturgia publica ordinetur. In eo tamen nostræ ecclesiæ a Pontificiorum recesserunt formulis, quod idiomate vernaculo, non latino, vt mores Romanæ ecclesiæ iniungunt, illas minister ecclesiæ recitare soleat, admurmurante omni populo ex consuetudine, quamquam id ne quidem vbique verum sit, cum nonnullis in ecclesiis, festis præsertim diebus, adhuc sanctissime conseruetur mos recitandi collectas latinas, ne omne omnino vestigium dominantis papatus deleatur, sed semper documentum miseriæ splendidæ superfit.

*Certo tempore
alligata preces
publicæ.*

§. XVI. Deinde quamuis in primitiua ecclesia solerent statutis horis conuenire, & preces communes miscere, vt §. 10. dictum, idque hætenus boni ordinis gratia non possit reprehendi, postquam veteres Christiani non præcise tempora illa precibus publicis destinata ex opere operato, aut aliis falsis respectibus obseruabant, tamen vbi tota precum publicarum ratio versa est in commercium & opus operatum, non aliter fieri potuit, quin etiam ob varios politicos respectus legibus publicis quædam hic determinarentur. Sic in Concilio Toletano c. 9. sub pœna remotionis iniuncta est clericis quotidiana orationis dominicæ recitatio his verbis: *Quisquis Clericorum dominicam orationem quotidie aut in publico aut in priuato officio non dixerit, ordinis sui honore priuetur*, quo ipso sine dubio inducti sunt clerici, ut hoc opus operatum quotidie sollicite agerent, nec beneficiis suis, quæ propter preces fundendas possidebant, amitterent. Et tamen Saluator orationem hanc non eum in finem præscripsit, vt sub pœna homines ad eam adigerentur, aut per modum legis eam obseruarent. Pium fuit horarum Canonicarum institutum, saltem si finem & intentionem Christianorum veterum intuemur. Olim ante Cyprianum tres peculiariter horæ precibus destinatæ singulariter erant. Tempore Cypriani iam alix additæ, vt tamen omnis

*liberum Ca-
nonicarum in-
stitutum.*

CIRCA PRECES PVBLICAS.

19

35.

omnis precandi ratio illis non præcise esset adstricta. Sic enim Cyprianus *de orat. domin. prope fin.* Quia hora nulla a Christianis excipitur, quo minus frequenter & semper Deus debeat adorari, ut, qui in Christo, h. e. in sole & in die vero sumus, per totum diem precibus oremus, nec noctibus ab oratione cessemus, ambulare nos credamus semper in lumine, non impediamur a tenebris, quas euasimus, nulla sint horis nocturnis precum damna, nulla orationum pigra & ignaua dispendia. Huc quoque collimat Tertullianus *lib. de ieiun. c. 20.* inquires: Cur non intelligamus saluæ plane indifferentia semper & ubique & omni tempore orandum; tamen tres istas horas ut insigniores in rebus humanis, que diem distribuunt, que negotia distinguunt, que publice resonant, ita & solemniores fuisse in orationibus diuinis &c. quod subinde exemplo Danielis, ter in die orantis, illustrat. Auctæ sunt postea hæc horæ, adeo ut Augustini tempore iam septem numeratæ fuerint in memoriam passionis dominicæ directæ, iuxta versiculos vulgatos:

MATVINA ligat Christum, qui crimina purgat,

PRIMA replet spiritus: dat causam *TERTIA* mortis:

SEXTA cruci nescit: lacus eius *NONA* bipertit,

VESPERA deponit: tumulo *COMPLETA* reponit.

Exprimuntur quoque hæc tempora in cantico illò notissimo: Christus der uns seelig macht / quod clarius in latino idioma te exprimitur, vbi versiculus vltimus ita se habet: *Has horas canonicas, pie meditemur.* Quantum autem commercium ex hisce horis Canonicis, postquam spes lucri temporalis accessit, factum sit, mea non indiget censura, quippe res omnibus notissima, quæ nec nostris est correctæ in ecclesiis. Et cum in opus operatum transferit, mirum non est, quod preces hæ publicæ quasi vendantur vicariis, & sic rursus sub metu amittendi compendii, quod alias percipiunt, adigantur, ad cultum hunc Deo præstandum.

§. XVII. Huc suo modo quoque referuntur solennia *De quatuor illa quatuor tempora, quæ hodie corruptæ Quatember vulgo vo-* cantur, quibus itidem preces publicæ cum ieiuniis ab antiquo *temporibus.* fuere alligatæ. De horum institutione non omnium eadem

C 2

est

est sententia. Si Gratiano credimus, Calixto papæ illorum institutio accepto ferenda est. Sic enim in *c. 1. D. 76.* verba eius ad Benedictum refert. *Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut sicut annus per quatuor voluitur tempora, sic & nos quaternum agamus solenne ieiunium per anni quatuor tempora.* Sed forsitan etiam hic canon ex suppositiis Isidori scriptis a Gratiano imprudenter descriptus est, vti eruditiores iam diu animaduertentur. vid. Blondellus in *Pseudo-Isid. p. 256.* Hinc alii ad tempora Leonis M. demum horum institutum reiiciunt, cuius instituta referuntur in *c. Igitur §. 5. c. Huius 6. D. 76. conf. Ziegl. ad Lancell. lib. 1. tit. 24. §. 6. p. 158.* Erant autem quatuor illa tempora ita definita, ut vernum in quadragesima, æstiuum in pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale autem in decimo celebraretur *c. 6. cit.* Libera olim fuere ieiunia & preces, quarum gratia illa instituta. Bene Socrates *lib. 8. c. 22.* Quoniam nemo de eo preceptum literarum monumenta proditum potest ostendere, perspicuum est, Apostolos liberam potestatem in eodem cuique menti & arbitrio permisisse, ut quisque nec metu nec necessitate inductus, quod bonum sit, ageret. Quamuis vero postea tempora quatuor quodammodo mutata & aliter definita, mansit tamen etiam in nostris ecclesiis, quibusdam in locis, mos ille antiquus, quatuor anni temporibus dies precationum & ieiuniorum solenniter celebrandi, non tamen sub eodem vbique modo. Res certe non reprehendenda, si modo præterea omnis remouetur coactio ciuilib, & pœnis publicis non stabilitur.

*Qua ratione ad
certa loca ad-
strictæ preces.*

§. XVIII. Sensim quoque preces ad certa loca adstrictæ sunt. Obiiciebant, vt §. 2. vidimus, olim Gentiles Christianis, quod templis destituerentur, orationibus destinandis. Verum Christiani optime nouerunt, quemlibet locum ad orandum satis idoneum esse, vid. §. 7. Vt tamen communes preces eo rectius possent fieri, libera ab initio voluntate certus locus iisdem destinatus est; post splendida templa illis consecrata, tempore imprimis Constantini M., vt cultus eo splendidior esset, quamuis humilitate precantium magis commen-
dari

CIRCA PRECES PVBLICAS.

21

36

dari deberet. Potuisset hoc institutum tolerari, nisi postea sub specie, quasi communes preces in templis essent tantum faciendæ, fere vsus precum communium in ædibus priuatis vel interdictus, vel legibus valde restrictus, quo ipso rursus precum libertas legum concellis est inclusa, & iudicialibus subiecta decisionibus. Et vtinam nostræ quoque ecclesiæ ad hanc nunquam rediissent consuetudinem, vel, vt rectius dicam, ab hisce institutis abiissent. Suspectæ enim apud nos quoque sunt preces communes, quas pii ædibus in priuatis miscere solent. Sed ad rem, solenniores olim preces publicæ in liturgia Missatica fuere, & nunc sunt in ecclesia Romana. De his ita dispositum legimus in c. 11. de consecr. D. 1. sicuti non alii, quam sacrati Domino sacerdotes debent Missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic nec in aliis, quam Domino sacratis locis, i. e. in tabernaculis diuinis precibus a Pontificibus delibutis missas cantare aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas. Sarius ergo est missam non cantare, aut non audire, quam in illis locis, ubi fieri non oportet, nisi pro summa contingat necessitate, quoniam necessitas legem non habet. & in c. 13. D. ead. fere idem inculcatur his verbis: Ecclesias per congrua & vtilia facite loca, qua diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non a quoquam grauari. Sed mens longe alia veterum Christianorum. Ita enim Arnobius lib. 6. aduers. Gent. cefsamus vel exedificare vel facere ades sacras venerationis ad officia; numquid enim delubris aut templorum constructionibus Dominum summumque Regem honoramus? & postea: Ex quacunque parte audit nos Deus. Postquam itaque semel persuasio hominum mentes inuaserat, preces non alibi, quam locis Deo consecratis esse fundendas, cæpere opulentiores & potentiores in ædibus suis exstruere ORATORIA, quod suo modo etiam permittum fuit, ceu patet ex c. 33. de Consecr. D. 1. ubi ita: Vnicuique fidelium in domo sua oratorium licet habere & ibi orare: Missus autem ibi celebrare non licet. Inualuisse tamen videtur, vt ex episcopi concessione ibi etiam ordinaria sacra fieri potuerint, qua de re ita cautum legimus in Concil. Trull. c. 21. Clericos, qui in oratoriis, qui sunt intra domus, ministrant

Oratoriorum origo.

22
CAP. I. DE ORIGINE IVRIS

ministrant, vel baptizant, hoc illius loci Episcopi sententia facere debere discernimus. Cum vero publicos conuentus ita sæpe negligerent, & conducto ministro, qui ibi sacra administrarent, vterentur, & præterea alia incommoda inde euenirent, cum plerumque ostentationis & pompæ gratiæ in prædiis extruerentur, variis conciliis illorum vsus est restrictus vid. Ziegl. ad Lancell. lib. 2. tit. 18. §. 2. Linck. de iure episc. c. 9. n. 62. Ganzalez Tellez ad c. 10. X. de priuil. Sic itaque rursus occasio nata fuit, circa preces plura constituendi, & controuersis forensibus de illis agendi, quod merito in negotio vnice ad Deum directo cessare debuisset. Et quibus omnes occasiones recenseret, ex quis quæstiones forenses circa preces publicas natæ sunt?

Preces publicæ
conuersa sunt
in medium &
modum acqui-
rendi.

§. XIX. Quemadmodum vero, vero pietatis cultu inter Christianos extincto, omnia fere exercitia pietatis a plerisque in peruersum applicari cœperunt finem, vt vel essent instrumentum imperii Clericalis, vel quæstui & auaritiæ inservirent; ita pro dolor! preces quoque publicæ postea referri cœperunt inter modos acquirendi, & quæstiuosa negotia; Christiani certe primitiui non propter lucrum preces publicas & communes fundebant pro salute magistratuum & singulorum: ast cum ex prisco more oblationes in ecclesiis permanissent, de quibus vid. Dorsch. in Diatyp. concil. Nic. sess. 2. n. 21. seqq. atque hæc postea lucro vel ecclesiæ vel clericis crederent, consultum visum fuit, nomina offerentium in publicis precibus recitare, & pro iis peculiariter preces fundere, vt ita magis incitarentur laici ad oblationes largissimas faciendas. Solennis tunc fuit in precibus publicis formula: *Memento Domine famulorum famularumque tuarum, quorum commemorationem agimus, & qui nobis bona fecerunt, &c.* Cardin. Bona rerum Liturg. lib. 2. c. 11. circa f. Recitat idem cit. l. lib. 2. c. 8. ex epistola Innocentii I. verba rem hanc declarantia. *De nominibus, aut, recitandis, antequam preces sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendat, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, vt cuius hostiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen insinues, quamuis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt com-*

Nomina recita-
ta offerentium.

mendanda, ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda,
 ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, que ante pramittimus,
 ut ipsi mysteriis viam futuris precibus aperiamus. **Quantus vero ab-**
 usus hac in publicis precibus facta nominum commemoratio-
 ne commissus fuerit, sine dubio quilibet facile coniectura asse-
 qui potest, qui quæstuosum hoc negotium sedulo secum per-
 pendit animo. Egregie hunc pessimum morem describit
 Hieronymus in c. 18. Ezech. inquit; multos conspiciamus, qui op-
 primunt per potentiam, vel furtum committunt, ut de multis parua pau-
 peribus eribuant, & in suis sceleribus gloriantur, publiceque Diaconus in
 ecclesia recitet offerentium nomina: tantum offert ille, tantum ille polli-
 cius est: placent que sibi ad plausum populi, torquente conscientia. Ea-
 dem ratio alliciendi homines ad ditescendas & extruendas
 ecclesias fuit, ut patronorum quoque nomina precibus pu-
 blicis infererentur, id quod adhuc hodie moris esse solet. In
 Concilio Emeritensi sub Papa Vitalino c. 19. expresse hoc cautum
 legitur his verbis: *Ut in singulis ecclesiis, in quibus Presbyter iussu su-*
erit præesse, singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerre,
& eorum nomina, a quibus eas ecclesias constat esse constructas, vel quæ
aliquid his sanctis ecclesiis videntur aut visi sunt contulisse, si viuentes
in corpore sunt, ante altare recitentur tempore Missæ; quod si ab hac de-
cesserunt aut discesserunt luce, nomina eorum cum fidelibus defunctis re-
cententur ordine. Recitabantur vero nomina eorum, qui precibus
 publicis commendandi erant ex tabula quadam, quam nomi-
 ne *Dyptichorum* vocare solebant, quorum fit mentio etiam in
 l. 7. §. 5. C. de S. Trinit. & l. 1. C. Theod. de expens. lud. De huius
 termini denominatione vid. Cardin. Bona cit. tr. lib. 2. c. 11. ab
 inii. Iac. Gothofr. in Comm. ad cit. lit. 1. Barnab. Brisson. de verb.
 signif. sub hac voce. Iensius in exercit. de Baptismo. Qualis autem
 ratio horum Dyptichorum fuerit, placet ex prædicto Bona
 afferre: *Inuencio*, inquit, tria fuisse genera Dyptichorum siue tabula-
 rum quibus nomina in singulis ecclesiis inscribebantur. Primum erat
 peculiare Episcoporum, eorum præsertim, qui illam ecclesiam rexerant,
 dummodo probitate & sanctis moribus claruissent. Secundum viuorum,
 in quibus eorum nomina descripta erant, qui adhuc viuentes dignitate
 aliqua

Abusus in no-
 minum recita-
 tione.

Dypticha quid?

aliqua vel beneficia illi ecclesie collatis, conspicui vel alio titulo beneficii erant. In his primo loco Romanus pontifex, tum alii patriarche, & proprius Antistes, ac reliqui clero adscripti recensentur: postea Imperator, principes, magistratus & populus fidelis. Tertium erat mortuorum, qui in Catholica communiōe decesserant &c. His tractu temporis accessit, ut pro eiusmodi precationibus publicis Ministro ecclesie honorarium aliquod præstaretur, quo factum, ut munus hoc fere mercenarium factum sit.

Ceperunt præterea preces in decorum publicum converti.

§. XX. Ex tot igitur abusibus non potuere non alii ingentes oriri abusus in publicis precibus, quo merito quoque refero, quod *decori publici causa* sæpe preces publicæ & supplicationes adhibitæ exemplo Romanorum, qui in decernendis triumphis simul supplicationes adhibebant ad templa Deorum, ut eo splendidiore essent triumphi, quo ipso rursus publicum quoddam commercium ex precibus publicis factum. De Theodosio Iuniorē refert Nicephorus *lib. 17. Histor. c. 1.* quod audita victoria contra Tyrannum in ludis Circensibus populum conuocauerit, dicens: *agite si ita videtur, & ludicro dimisso in eadem præcatoriam eamus, & carmina gratiarum agendarum auctori victoriae canamus.* Hæc ubi dixit, neglectum est spectaculum & omnes per circumeuntes cum hymnis & carminibus *euangelicis* in vicinum templum abire. Elegans certe ad preces publicas fundendas præparatio! quasi impuris Deus colatur manibus, atque adeo magis decori publici gratia, & ne viderentur Ethnicis peiores, hæc ceremonia adhiberi debuerit; sed de fine plura addere, & mores nostrorum temporum examinare.

*Conclusio ex di-
ctis colligitur.*

§. XXI. Atque hæc potissimum sunt causæ, ex quibus iura circa preces publicas nata sunt, quæ sine dubio cessarent & merito cessare deberent, si pristino suo nitore preces publicæ restituerentur, & omne commercium humanum, omnis præterea ambitio alique respectus ciuiles circa easdem, uti par erat, euitarentur. Cum autem tam corruptæ hodie ecclesiarum nostrarum facies deprehendatur, quid mirum, quod in iudiciis tam frequentes sint lites & controuersie de precibus publicis, imo quid mirum, quod imperans ad has euitandas

das turbas certi quid hic determinare debeat, quod legis habeat vigorem, cum alióquin si exercitium hoc pietatis publicum non induisset σχήμα πολιτικόν, de iure imperantium, circa preces frustra quæreretur, nec ICtis hæc sparta competere posset, vt, quid iustum sit circa preces publicas, disquirent. Quæ cum ita sint, Lutheri doctrina, quamuis alias optima, inter Lutheranos sine dubio inter leges abrogatas referenda erit, quando de hocce negotio ita iudicat in der Kirchen-Postill. Dom. IV. Aduent. Epist. f. 48. a. vbi ita: Das soll auch in Ceremonien/ Gesängen/NB. Gebethen und allen andern Kirchen-Ordnungen verstanden werden. So lange man solches aus Liebe und Freyheit thut/ nur zu Dienst und Willen der Gesellschaft/ die da ist/ soll mans halten/ wo es sonst im Werck an ihm selbst nicht böse ist. Wenn man aber darauff dringet/ es müsse also seyn/ alsbald soll man ablassen/ und darwider thun/ umb die Freyheit des Glaubens zu erhalten. Ordo vt aliquis in precibus publicis habeatur, vtique pium & conueniens est, quemadmodum reliqua ad cultum diuinum sbeetantia suo ordine constant, de quo supra laudata Dn. Breithauptii *diff. de ordin. in eccles. seruand.* legi meretur; sed præterea cauendum fuerat, ne sub specie ordinis alii falsi & hypocritici prætextus simul se in sinuasent, qui ex sequentibus controuersis forensibus de his precibus nimium quantum se exferuerunt, quo ipso factum est, vt non tantum esset actio pietatis, sed etiam ciuilis, diiudicationi forensi subiecta.

CAP. II.

DE

IVRE PRAESCRIBENDI ET
ORDINANDI PVBLICAS PRECES.

§. I.

*Iura precum
publicarum ge-
neratim expli-
cantur.*

Detecta origine iuris circa preces publicas, iam facilius
via erit in euoluendo & enucleando iure vario, quod
etiam in nostris ecclesiis circa eas obseruari solet.

Neque enim credendum est, puriorem esse nostrarum
ecclesiarum faciem, cum pleraque, quæ *cap. antec.* de variis re-
specibus politicis circa preces has, quæ vnice Deo debebant
esse sacratæ, asseruimus, nostrarum ecclesiarum praxi confir-
mentur. Sunt verò varia circa preces iura, quædam sunt in-
tuitu aliorum, quibus iidem ex peculiari ratione ius aliquod
datum est, quo pertinent patroni: quædam respectu singulo-
rum Parochianorum, quatenus membra certæ alicuius ecclesiæ;
quædam denique intuitu parochorum, quorum interesse pe-
cuniarium sepe in precibus publicis, versatur, quod cum noto-
rium sit, silentio prætermitti non debebat, quamuis optan-
dum foret, vt huius commercii non esset iniicienda mentio.
Cum itaque varia precum publicarum iura sint, vix est, vt va-
na definitione omnia commode complecti possimus. Vt ta-
men quodammodo illa delineemus, breuiter iura hæc descri-
bimus, quod sint *complexus variorum iurium circa preces publicas in-
troduktorum; quibus tum publica auctoritate ordinantur, tum iure perse-
cto speciatim ab aliis exiguntur, tum denique varia alia circa illas obser-
uanda determinantur, vt in his quoque omnia inordinata ratio cesset.*

*Iura precum
publicarum
quid?*

*Series dicendo-
rum de iure pre-
cun publicarum*

§. II. Vt itaque certo ordine omnia, quæ de iure vario
precum dicenda sunt, digeramus, ad tria potissimum capita to-
ta dicendorum recurret ratio. Primum membrum quidem in
medium producet iura publica auctoritate ordinandi preces
publicas in ecclesiis; alterum occupatum erit circa disqui-
sicio-

34.

sitionem, quibus ius exigendi preces publicas pro se iure perfecto vel imperfecto competat? Ultimo denique varia alia iura circa preces publicas occurrentia tradenda sunt. Huic distributioni satis congruere videntur, quæ Paulus 1. Tim. II. 1. seqq. de varia precum ratione affert, non quod ibi Paulus respexerit ad fora iuridica, quippe qui sanctiorem de precibus seruauit conceptum, sed quod postea, vbi in ecclesia omnia ad πολιτικὸν σχῆμα inclinare cœperunt, videantur iura secundum classes ibi positas adornata. Ponit videlicet has precum classes, dum iubet, vt faciamus δεήσεις, προσευχάς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων &c. quæ iuxta versionem Lutheri distinguuntur hinc terminis, Bitte / Gebethe / Fürbitte se und Dancksagung. In constit. Apostol. lib. 8. c. 5. seqq. hæc ita distinguuntur, vt δεήσεις quisque pro se προσευχάς populus pro aliis, ἐντεύξεις sacerdos pro aliis, εὐχαριστίας sacerdos & populus simul facere deberent. Sic itaque pertinent ad δεήσεις preces priuatae, & huc, vbi de publicis agimus, non adeo spectant: sed προσευχάς membrum primum complectitur, secundum intercessionem seu ἐντεύξεις, εὐχαριστίας, & alia membrum vltimum considerabit.

Varia precum ratio.

§. III. Ordiamur itaque a precibus publicis, quatenus in cœtu fidelium fieri solent, quas veteres magis εὐχάς κοινὰς communes preces dixere iuxta Iustin. Martyr. in Apol. 2. inf. & olim quidem meo iudicio conuenientius, vbi preces adhuc integræ, & ab omni schemate politico liberæ erant. Nam τὸ publicum est terminus ciuilis, & magis politicam sequitur considerationem. Sunt itaque hoc sensu preces publicæ formulæ, quæ publica auctoritate adornatae sunt in cœtibus ecclesiarum publicis, vt rite & ordinate cultus sacer peragatur. Formulas esse easdem nemo diffitebitur, qui vel liturgias pontificiorum, quas egregie illustrauit Cardinalis Bona, vel agenda nostrarum ecclesiarum, vti vocantur, inspexit. Quod publica auctoritate adornentur, itidem in confesso est, cum ordinariæ formulæ ministris ecclesiæ in ordinationibus ecclesiasticis, ex potestate legislatoria constitutis, in nostris ecclesiis præscribantur,

Preces publicæ quid?

in Romana vero ex praescripto publico, plusquam legislatorio, pontificis dependeant. Vnde si quae adhuc aliae non-formulariae preces ex libertate Christiana, quae in quibusdam nostris est retenta ecclesiis, apud nos sunt, rectius easdem dixeris communes quam publicas, quod non sint publica auctoritate praescriptae, vel saltem res describi debuit, prout ut plurimum & communiter esse solet.

Quis preces publicas praescribere possit?

§. IV. Iam quidem non examinabo, an e re ecclesiae sit, formulas precum certas adhibere, & cultum ad illas adstringere, de quo alii viderint. Saltem illa hic consideranda quaestio, quis in nostris ecclesiis ius praescribendi preces publicas habeat, postquam ibi formulariae preces receptae? Ecclesiae & summae ecclesiasticae potestati hoc tribuit Schilt. in *instr. iur. Canon. lib. 2. tit. 1. §. 25.* Quid vero idem per ecclesiam & summam ecclesiasticam potestatem intelligat, docet *cit. l. §. 8.* ubi disquirat, penes quem sit ius ordinandi liturgiam, ad quam etiam preces hae publicae spectant. Respondet itidem, penes ecclesiam, sed hanc ex tribus ordinibus eorumque deputatis consistere dicit, de quibus actum in *Iure Paroch. Sect. 1. c. 2. §. 30.* Ex quo concludit, ius hoc non esse penes solum clericum, nec penes solum principem, multo minus penes plebem. Idem inculcat Carpzou. *P. 2. decis. 13.* fundamentum decidendi itidem quaerens in triplici ecclesiarum ordine, & quod ecclesiae nostrae non monarchice, sed aristocratice sint gubernandae; ex quo concludit, ritus ecclesiasticos sine consilio Theologorum recte sentientium immutandos haud esse, quae omnino egregie conveniunt cum doctrina Reinkingiana *tr. de regim. Secul. & eccl. lib. 3. class. 1. n. 15. seqq.* Hauemanniana in *tr. de iure Episcop. tit. 21. §. 2.* & aliorum Theologorum apud Dedekennum *Vol. 1. p. 20. m. 2. Sect. 1.*

Dubia circa sententiam communitatis

§. V. Quae si vera sunt, quod illi quidem supponunt, prono alio inde fuit, ius ordinandi preces publicas, quod itidem ad liturgias spectat, non esse penes solos principes. Agnovit hanc conclusionem Hauemannus *cit. l. §. 5.* statuens, non esse recipiendas preces ab aliquo magistratu confcriptas

40.

ptas hoc fine, vt in ecclesijs publice prælegerentur, quod non mirandum, cum prædictus auctor non erubuerit, fere omne ius circa sacra principibus adimere, vel saltem eosdem ad cleri placitum alligare, quo spiritum suum papizantem satis prodidit. Sed multa dubia supersunt circa hanc doctrinam. Non intelligunt ecclesiæ formam, qui disputant de forma regiminis ecclesiastici, vtrum debeat esse monarchica an aristocratica, termini hi ad rempublicam quadrant, qualis non datur in ecclesia. Constituitur hæc ex doctoribus & auditoribus, atque adeo rursus ineptum est, velle dicere ecclesiam constare ex triplici ordine, imperantium, docentium, & ceterorum auditorum. Est enim collegium æquale, in quo non occurrit respectus imperantis, quamuis cum ecclesia adhuc sit in Republica & collegii rationem habeat, imperanti cuiuslibet competat ius sicuti in singulas, ita quoque in compositam personam h. e. collegium. Et deinde liturgia ordinatur, vel per modum imperii & ex potestate legislatoria, vel per modum pacti: si prius, tunc clerus coniunctum cum principe habebit in sacris potestatem legislatariam, & ciuile imperium exercebit contra præceptum Christi: *Vos autem non sic*, nam de populo non adeo hic laborandum, quoniam dicitur gratia tantum solet eius mentio fieri. Imo iniuri sunt doctores in principes, quibus iura sua circa sacra imminuunt, & eis, quibus gloria parendi relicta erat, attribuunt. Si posterius, tunc infrunitum & absurdum est, tres illos ordines vt pacificos introducere, quia dum ita paciscuntur de rebus collegii, considerantur vt pares, vt collegæ, & sic respectus ceteri politici hic quiescunt. Hoc posterius etiam tunc fieri censendum est, si ordinatio rerum liturgicarum vni committatur a toto cætu fidelium, veluti ecclesiæ ministro, quia sic in illam antecedenter iam omnes consensisse videntur. Si dicitur, datur tertiam, quando *per modum consilii* ab ecclesiæ doctoribus ordinatio quædam proponitur; respondeo, hanc viam coincidere cum modo conuentionali, quia consilium per se non obligat

gat, nisi communitas illud approbauerit, & sic rursus res expeditur per viam pacti.

*An per modum
pacti res litur-
gicæ possint or-
dinari.*

§. VI. Quodsi itaque ecclesiæ ius ordinandi liturgiam per modum pacti exercendum adscribere velis, haud errabis, quia regulariter cuicumque collegio permixtum censeri debet, de rebus collegii, quædam communi placito constituere & ordinare, quæ si constituta sunt, per modum pacti obligant. Et hoc modo in primitiua ecclesiâ res liturgicæ adornatas fuisse, nullam habet *anotacionem*, siue iam expresse inter se ita conuenerint, siue doctorum ecclesiæ monita & instituta voluntate communi amplexi fuerint. Et ita quoque adhuc hodie in illis locis, ubi variæ sectæ tolerantur, mortis esse solet, ut, quia princeps tantum vni addictus est, ceteris libertatem relinquat, externum adornandi cultum, idque per modum, vt dixi, pacti.

*An imperantis
potestas hic pla-
ne excludatur.*

Interim tamen non existimanda est, omnem præterea imperantis summi, qua talis, potestatem eo ipso exclusam esse, cum sicuti in negotia *arbitraria* ceterorum collegiorum, ita etiam in ecclesiarum ordinationes inspectionem retineat, ne *inordinate* aliquid geratur, quod tunc eo magis necessarium est, quando homines a simplicitate in Christo recedere, corrupta tempora indicant. Monuit præter Apostolum iam suo tempore Clemens Romanus: *cuncta ordine debemus facere, que Dominus iussit peragere: statuta temporibus oblationes & officia perfici, neque temere & inordinate fieri præcepit, sed præfinitis temporibus & horis.* conf. Io. Amos Comenius in *ration. discipl. ordin. que eccles. in vnit. frat. Bohem. p. 61. seqq.* Imo cum illa, quæ in cultu diuino *arbitraria* sunt & variare possunt, talia sint, vt de illis imperans leges ferre possit, quis negaret, imperantem quoque, *si iusta causa adsit*, hic potestatem legislatariam exercere posse. Brunnem. *de iure eccles. lib. 1. c. 2. §. 34.* Dn. Thomaf. *de iure princip. circa adiab. c. 1. §. 9.*

*Quando prin-
ceps res litur-
gicæ adornare
possit & soleat.*

§. VII. Dixi, *si iusta causa adsit*. Sicuti enim alias imperantes collegiis integram relinquere solent, pactis varia, quæ ad res collegii spectant, determinare; ita quoque idem dicendum de ecclesiis, quæ nihil aliud sunt, quam collegium quoddam,

ET ORDINANDI PVBLICAS PRECES. 31

dam, vt alibi a Dn. præfide demonstratum. Verum multæ rationes adduci possunt, quæ hic imprimis maiorem solertiam & vigilantiam imperantibus commendant, quam in aliis collegiis ob profana negotia institutis. Nam (1) status ecclesiarum est corruptissimus, & sic maiores inordinationes sæpe metuendæ essent, quo maior est numerus eorum, ex quibus ecclesia constituitur, nisi is, qui terrere potest, sua autoritate tumultuantes compesceret. (2) quo maiora itaque exinde resultare possunt scandala, eo magis imperantibus laborandum, ne talia emergant. Imo (3) cum magna sit vis religionis, vel etiam superstitionis, experientia docet, sæpe sub hoc sacro religionis clypeo multa incommoda rebus publicis posse afferri; præsertim si clerici ab humilitatis regulis recedentes rempublicam in republ. stabilire, seque independentes a seculari potestate profiteri allaborant. Profecto si maturius imperantes conatibus cleri Romani dominantis restitissent, & ius suum circa sacra seuerius exercuissent, hierarchia Romana ad tantum euehi non potuisset fastigium, quod promouit sine dubio indulgentia Cæsarum, ἀπολιτικῶς suam potestatem in hoc tam arduo negotio negligentium. Ne addam (4) interesse summorum imperantium, vt subditi nulla superstitione, quam egregie promouere potest liturgia splendida, sed inutilis & noxia, ducantur, sed moribus optimis instruantur, & vera via salutis imbuantur, cum, quo magis ciues in pietate erga Deum proficiunt, eo firmior redditur & stabilitur tranquillitas publica *Leuit. XXVI. 4. seqq. Ps. LXXXI. 14. seqq. Prou. XXIX. 2. 12. XXIX. 8. 14. Prou. XI. 11. XVI. 12. XX. 28. Sap. VI. 1. Dn. Budæus diff. de concord. relig. Christian. vitæque ciuil. c. 1. §. 9. seqq.* Hæ itaque, vt alias nunc omittam, rationes suadent, principem præcipuam rerum liturgicarum curam debere habere, & si quid inordinati deprehendat, illud emendare atque adeo adiphora talia adornare optimo iure posse. conf. Ziegl. *de iur.*

Maies. lib. 1. c. 17. §. 2.

§. VIII. Dum itaque hoc rerum statu imperantibus suo modo ius adornandi liturgias adscripsimus, de modo exercendi hoc

An theologos princeps hic im

consilium adhibere debeat.

nunc dispectio superest. Carpouius *cit. l. n. 18.* cum Reinkingio ita philosophatur: *Sicut princeps in ferendis legibus circa bonum civile non disponit pro libidine, sed adhibitis prudentum consiliis, l. s. C. de LL. secundum normam iustitiae & equitatis; ita etiam quando circa bonum spirituale disponit h. e. circa religionem & cultum Dei, non debet statuere aut leges ferre pro libidine, sed eas mutuare a prudentia Theologorum &c.* Non nego quidem, bonum principem optime facere, si consilia piorum Theologorum de illis, quae ad S. liturgiam spectant, audiat, eaque, si salubria deprehendat, introducat, atque adeo si verba Carpouiana de nudo consilio intelligenda forent, nihil esset, quod hic moneri deberet. Sed cum hanc rationem pro ratione decidendi afferat, qua clerum simul ad potestatem legislativam euehere conatur, & ita sub lege necessitatis principem ad Theologorum placita, & ut rectius loquar, ad parendi gloriam adstringat, merito deserendus est. Quid enim si piis & in fide probatis laicis totum negotium committeret, an peccaret? Neque enim, ut recte iudicat Ill. Dn. Stryk *in not. ad Brunnem. lib. 1. s. 6. m. 6. s. 2. inf.* his negata sunt *χριστιανισμὸς* Spiritus S., quod contra Hauemanni nimis rigidam doctrinam regerit. Et si Consistorio adorationem committit, an sic peccat? & tamen in Consistoriis politici praevalent.

Applicantur dicta ad ius ordinandi preces publicas.

§. IX. Quod si nunc porro a thesi ad hypothesin progrediamur, facile apparebit, ius ordinandi preces publicas eo, quo dictum est, modo ad imperantem pertinere. Consentunt enim in eo, preces publicas solennesque qua tales esse partem liturgiae ecclesiasticae Schilter *Inst. iur. Can. lib. 2. tit. 1. §. 25.* atque adeo harum adornatio penes eum erit, penes quem totum ius liturgiae ordinandae residet. Equidem preces haec tenus inter negotia arbitraria, quibus liturgia externa absolvitur, haud pertinere, recte quis obiiciet, aut nec hoc volumus, nec inuimus, sunt enim preces singulis Christianis demandatae; sed hic quaestio est de *precibus publicis* h. e. de praescribendis certis formulis, quibus ministri ecclesiae in coetu fidelium uti debent, quod certe arbitrarium est. Nunquam enim

prez.

præceptum est, Christianos præcise *sub certa formula* orare debere, quod si itaque formula talis publica sit præscribenda, id certe mere arbitrarium negotium erit. Si obiicias, ita posse principem formulam improbatam, & religioni aduersam ecclesiæ obtrudere, tunc rehero, id quidem ab optimo principe, qui curam pietatis habet, non præsumendum esse, & deinde in tali casu potius Deo obediendum quam principi; imo hoc incommodum tunc quoque metuendum foret, si aliis ius præscribendi formulas indulgeremus, atque adeo hoc dubium tantum ostendit, incommoda multa secum trahere præscriptiões formulariarum precum, & rectius fore, si plane omittentur, & tales ministri ecclesiis præficerentur, qui non secundum certam formulam, sed ex intimo cordis affectu in ecclesiis orarent. Sed postquam ex corrupto statu antiquo ecclesiæ mausit modus præscribendi formulas, de iure quoque nunc inquirendum est. Vtinam vero nunquam inquirendum esset.

§. X. Neque, ut arbitror, ab hac doctrina repugnat *Praxis ecclesiasticorum ex agenda* praxis nostrarum ecclesiarum. Solent enim aliquando principes protestantes, suis ordinationibus ecclesiasticis preces publicas inferere, & alia ad res liturgicas spectantia adornare. *apparet.* Deprehendi hoc ipsum in der Weimarschen verbesserten Kirchen-Ordnung de anno 1664. vbi in præmio hæc ratio a serenissimis autoribus datur: damit bey administrirung der Sacramenten und anderer Verrichtungen des Gottesdienstes der Kirchen Gebräuchen / und Ceremonien halber eine conformiræt und gute Ordnung gehalten / hingegen aber alle Spaltungen / und die daraus entstehende schändliche Vergernisse verhütet werden mögen &c. quin statim *cap. 2.* adornatur die Kirchen-agenda, cuius potissima ratio in precibus publicis absoluitur. De voce ipsa vidi in der Lüneburgischen Kirchen-Ordnung de anno 1631. vt & in der residirren Straßburgischen Kirchen-Ordnung de anno 1670. vbi in præfatione magistratus Reip. Argentoratensis testatur, se curam concipiendi hanc ordinationem commississe

ministerio, postea oblatam sedulo examinasse, relegisse, & tandem approbasse, & vt lege publica introduceretur, curasse, prout verba sonant: Gebiethen demnach &c. it. Wir befehlen auch &c. Quia ipse Schilterus *Instit. iur. Can. lib. 2, tit. 1, §. 26, lit. 2.* testatur, ius precum publicarum Duces Saxoniae iam quodammodo ante reformationem exercuisse. Sic enim Georgius Dux Saxoniae anno 1509. ad ciuitates rescripsit: Ihr wollet mit der Geistlichkeit bey Euch gütl. handeln / zu verfügen / daß auff ordentliche und andächtige procession von allem Volk / geistl. und weltlichen Standes gehalten / und der allmächtige Gott fleißig mit innigen Gebethe vermahnet und angeruffen werde / seine Gnade und Barmherzigkeit zu erzeigen / in den Sachen / darumb solche procession und Gebethe geschicht / das wollen wir zu göttlicher Belohnung in Gnaden erkennen. Sed forsitan hæc verba magis consilii quam legis fuere.

*Princeps potest
adornare ex-
terna solemnia
in precibus.*

§. XI. Quemadmodum autem in capite primo ostensum, ad adiaphora in precibus publicis quoque pertinere externas circumstantias, circa preces publicas fundendas necessarias, ita quoque princeps ex potestate hæctenus asserta varie determinare, & quæ imprimis ad excitandam humilitatem conducunt, in publicis congregationibus obseruanda præscribere potest. Recentissimo nunc id liceat declarare exemplo potentissimi Regis Sueciæ CAROLI XII., qui Edicto quodam vere regio & pietatis culturam præ se ferente omnibus subditis iniunxit, vt, quoties publicis in congregationibus oratio Dominica recitanda esset, omnes ad cultum diuinum congregati genua flecterent, & sic summa cum humilitate animi Regem regum, Deum omnium moderatorem, venerarentur & adorarent, quod institutum sicuti pietate intima commendatur, ita ipsum edictum meretur, vt hic integrum transferatur. Ita autem verba eius se habent:

*Ed. Sum. Regis
Sueciæ de genu
flexione.*

Von Ihro Königl. Maj. zu Schweden &c. zum Pommerischen
Estat verordneten General-Stadthalter und Regierung.
Nachdem Höchst ermeldete Ihro Königl. Majestät aus son-
derbahren Eiffer für die Ehre Gottes und das kaisersinnige Chris-
ten-

ET ORDINANDI PVBLICAS PRECES. 35

43.

stetebum bey dero getreuen Unterthanen so vielmehr auffzu-
 munteren de dato Nabis im Haupt-Quartier den 6. Martii des
 lauffenden 1705ten Jahres an die hiesige Königliche Regierung in
 Gnaden rescribiret/ welcher Gestalt Sie gern sehen/ daß die löb-
 liche Ceremonie, so überall in dero Königreiche/ bey allen Versam-
 lungen gebräuchlich/ wann nehmlich das Gebeth des HERREN/
 Vater Unser ic. in den Kirchen unter dem Gottesdienst/ laut oder
 in der Stille gebethet wird/ ein jeder auff seine Knie falle/ und da-
 durch ein Zeichen seiner Deuotion und Andacht öffentlich an den
 Tag lege/ auch hier in Pommern eingeführet und beständig beybe-
 halten werde: Mit dem gnädigsten Gesinnen und Befehl/ daß sol-
 ches von allen Predigt-Stühlen behörig publiciret/ und so oft
 das Gebeth des HERREN/ Vater Unser ic. zeitwährenden
 Gottesdienstes gebethet wird/ alle und jede in der Versammlung
 sich für Gott dem Allerhöchsten zu demüthigen/ und auff ihre Knie
 zu fallen erinnert werden sollen/ in der gewissen zuversichtlichen
 Hoffnung/ es könne kein recht gesinnter Christ/ wann er des
 unendlichen grossen Gottes Hoheit gegen seine eigene Un-
 würdigkeit/ und aller Creaturen/ die Ihn anbeten/ Niebrig-
 keit hält/ ihme solches schwer ankommen/ oder zuviel zu
 seyn danken lassen. Und den diesen Ihre Königl. Majest. aller-
 gnädigsten Willen/ und nimmer genug zu preisenden höchst rühm-
 lichen Zweck und Vorsatz zum gehörigen Effect zu befördern/ uns
 allerdings obliegt; So werden die gesammten Einwohner dieses
 Königl. Herzogthums/ von was Stande/ Condition und Wür-
 den sie auch immer seyn mögen/ hiemit erinnert und befehliget/ sich
 solches zur demüthigsten Nachricht zu stellen/ dem grossen Gott
 die Ehre/ und der hohen Obrigkeit den schuldigsten Gehorsam zu
 leisten/ daß in Ausübung einer so nöthigen und höchstbilligen Ver-
 ehrung des Schöpfers Himmels und der Erden/ niemand er sey
 hoch oder leg/ jung oder alt/ Mann oder Weib/ zurück bleibe/ son-
 dern einer mit dem andern eine gleichmäßige Deuotion bezeuge/
 und ihme selbst durch den unausbleiblichen Nutzen Heyl und See-
 gen erwerben und zu wege bringen helffe; Gestalt der Anfang hie-
 zu am ersten auff den 14. huius einfallenden Fast- Danck- Buß-
 und



und Beth= Tage unweigerlich gemacht / und also beständig bey
Bethung aller Vater unser 2c. in der Kirchen jedes Orts conti-
nuiret werden soll; Wornach sich überall gehorsamst zu achten.
Uhrkundlich eigenhändiger Unterschrift und beygedruckten Gene-
ral-Gouvernements Infigels; Gegeben auff dem Königlichem
Schloß zu Alten Stettin/ den 6. April. Anno 1705.

I. S.

Jürgen von Mellin /

M. Clinckowström. B. C. Jäger. M. La-
gerström.

*An ministri ec-
clesie ad preces
publicas precise
adstricti sint.*

§. XII. Cum itaque nostris in ecclesiis Agenda seu li-
turgia per modum alicuius legis praescribatur, non intempe-
stive quaeritur, an ministri ecclesiae sub lege necessitatis precise ad
illas formulas sint adstricti? Quae quaestio primo intuitu Do-
mitiana videri posset, cum lex imponat singulis necessitatem,
& sic etiam ministris ecclesiae, quibus agenda praescribitur.
Verum hic quoque ad intentionem legislatoris puto respicien-
dum esse, an illa absoluta fuerit, ut omni tempore & quacun-
que occasione ministros ecclesiae ad illas formulas adstringere
voluerit? Quod non facile dicendum. Ordinarie quidem
in baptismo & aliis actibus ecclesiasticis, ubi preces recitan-
tur. Sed id neutiquam extenderem ad preces post homiliam
peragendas ex sacra Cathedra, vel saltem praeterea iis minime
interdictum erit, ex homilia ad populum habita preces forma-
re, quod optimis ex rationibus inculcat Brunnemannus de
iur. eccles. lib. 1. S. 6. m. 6. §. 3. Adducit praeterea §. 2. pluri in-
commoda, quae ex consueta recitatione formularum oriri so-
lent. Scilicet (1) formulae orationum tandem pro consuetu-
dine recitari solent sine attentione, & in opus operatum tran-
seunt, (2) accommodandae merito essent preces publicae tempo-
ri, quod non semper commode fieri potest, si eadem semper
formula retineatur. Sic itaque non invidendum piis eccle-
siae ministris, si pro re nata aliquando ex intimo cordis affe-
ctu

Et, omisſis conſuetis formulis, preces faciant, & præſentem rerum ſtatum Deo commendent. Hinc optima eſt confeſſio, quam reperio in der Weymarſchen Kirchen-Ordnung c. 2. qua legiſlatores ſereniſſimi ita aiunt: Obwol auff die Gleichheit der äußerlichen und von Gott nicht gebothenen Ceremonien keines weges ſo hefftig zu dringen/ als müſten dieſelbe eben alſo und nicht anders gehalten werden/ ſintemahl dadurch die einfältigen gar bald dahin gerathen können/ daß ſie ſolche Ceremonien und äußerlichen Gebräuche nicht nur für bloſſe Mitteldinge/ ſondern für einen nothwendigen Theil des Gottesdienſtes/ ohne welche der wahre Glaube und Gottſeligkeit nicht beſtehen/ noch Gott dem Herrn gebietet werden könne/ halten/ welches nicht allein der Chriſtlichen Freyheit offenbahr zu wider/ ſondern auch alſo beſchaffen/ daß dadurch/ wenn ſonderlich die Kirchen-Diener in ihren Predigten deſhalb das Volck nicht fleißig und nach aller Nothdurfft aus Gottes Wort berichten/ zur Abgötterey leichtlich Urſach gegeben werden mag &c.

§. XIII. Quamvis itaque preces publicæ non ſoleant concipi ab ipſo principe, ſed piis theologis hoc negotium committi, manet tamen principalis cura & directio, ut & examen penes principem. Verum, uti antea dixi, hoc negotium eſſe eccleſiæ, ita quoque nonnullis in locis eccleſiis liberum relinquitur, quibus precibus uti velint, nec neceſſitate præciſa ad certam formulam adſtringuntur, quo ipſo etiam ad ſtatum primitivæ eccleſiæ eo magis accedunt. Equidem Pontificii varias Apoſtolorum liturgias circumferre & in medium producere ſolent, inter quas commemorant liturgias Iacobi, Matthæi & Marci. Sed antiquum hunc errorem, eaſque liturgias plane ſpurias eſſe, eruditiores iam dudum animadvertunt, de quo vid. ſummum Theologum Dn. Io. Franc. Budæum in erudita diſſertatione contra Grabium, qua oſtendit, Clementem Romanum & Ireneum non fauere miſſæ pontificiæ §. 11. Interim etiam ibi, ubi formulam certam & præſcriptam non habent, ne ſic quidem abſtinere ſolent a precibus formulariis, ſed ex libris precum vulgaribus formulam aliquam sæpe minus

An ſemper penes principem ius præſcribendi preces ſit.

commodam recitare solent, plerique enim tam inepti sunt, vt ex propriis cordis penetralibus nihil depromere possint, quod instar sacrificii Deo in publicum offerant. Reuera enim preces deuotas sacrificia Christianorum esse, docet Iustinus in *Dial. cum Tryphone Iudaeo* inquit: *supplicationes simul & gratiarum actiones, quae a dignis peraguntur, solas perfectas esse, & Deo caras victimas ipse quoque affirmauerim.* conf. Dn. Buddeus *cit. dissert. §. 15.* Inde etiam factum esse reor, vt ob tam insignem ministrorum ruditatem formulae quaedam essent componendae & ordinandis ecclesiasticis inserendae, vt hi, qui selectum aliarum precum facere non possunt, illis uterentur. Quod si enim vulgares precum libros, quocumque nunc nomine veniant, inspiciamus, multa saepe eis immiscentur, quae a precibus debent esse aliena, & omittuntur, pro quibus primario orandum erat saepe inepta & maxime ridicula, quod dolendum, comprehendunt. Cur? quia plerumque tales libri hunc in finem scribuntur & eduntur, non vt quis promouere salutem aliorum velit, sed vt tantum bibliopola in edendis hisce libris nefandam suam exerceat auaritiam, adeoque vel ipsimet vel per alios ineptos homines corraderent preces, palatui gratas, & cum his statim prodire in publicum, quoniam horum librorum lucrosissimum esse commercium norunt. Quemadmodum vero sub hoc abusu non omnes comprehendo libros precationum, quales sunt egregii libri Arndii Spiritu plenissimi, aliorumque, ita quoque merito princeps quilibet ad hos abusos euitandos. auctoritatem suam interponere & inspectores constituere deberet, qui praecauerent, ne quiduis statim in publicum prodiret, vel saltem vt Bibliopolis impium illud commercium interdiceretur.

De libris precum vulgaribus.

Litaniae quid?

§. XIV. Sed & ad preces publicas spectant *LITANIAE* & *IEIUNIA*, quem in finem publice institui solent *Buss-Bethen* und *Fast-Tage*. Dicuntur *Litaniae* deprecatio litatio, processio *Schilter. Inst. iur. Canon. lib. 2. tit. 1. §. 3. in not. lit. c. conf. c. 3. de consecr. D 3. ibi: Rogationes, i. e. litaniae.* Io. Baptistae Casalius *de vet. Christ. sacr. ritibus c. 40. p. 223.* Ortæ vero sunt hæ

hæ publicæ litaniz ex publicis calamitatibus, quæ mouerunt Christianos, vt solennes dies precationum & litanias instituerent, veluti si pestis, si bellum, motus terræ aliaque mala imminerent, vid. Hildebrandus *de prec. vet. Christian.* c. 2. §. 13. Casalius *cit. l.* Inde factum est, vt quædam litaniz dictæ fuerint *state*, quædam *imperate*. *State* sunt, quæ certis anni temporibus communiter obseruantur, quales in nostris quoque ecclesiis frequentes sunt, vel in quatuor temporibus, vel paulo ante tria illa summa festa, vt eo magis præparentur corda ad celebrationem eorum. Sic in *Concilio Aurelianensi l. c. 29.* quod refertur in *c. cit. 3.* litaniz, h. e. rogationes ante ascensionem Domini celebrandæ sunt constitutz, quorum originem deducunt itidem ex calamitate publica. conf. Alciat. *lib. 9. parerg. c. 11.* De his ita Couarruias *lib. 4. c. 20. n. 16.* ait: *Cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec buis flagelli aliquod remedium inueniri posset, congregati traduntur Galliarum Episcopi apud Viennam urbem, atque in commune statuerunt, vt triduanum ieiunium facerent. Cumque Dominus pestem misericorditer abfultisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebratis venerunt, vt per Galliarum prouincias ante ascensionis Domini diem celebrarentur,* conf. Casalius *cit. l.* Sic etiam simili occasione, cum Romæ dira pestis grassaretur, itidem litaniz publicæ introductæ sunt. vid. Paulus Diaconus *de gest. Lombard. lib. 3. c. 11.* Pertinent huc verba Gregorii M. *lib. 12. epist. 12. solennitas,* ait, *annuæ deuotionis nos, fratres dilectissimi, admonet, vt litaniam, quæ maior ab omnibus appellatur, sollicitis ac deuotis debeamus auxiliante Deo mentibus celebrare.* Imperate vero sunt, quæ pro re nata ob ingruentem publicam calamitatem indictæ sunt, quod olim factum esse a pontificibus docet Ganzalez Tellez *ad c. 1. X. de obseruat. ietun. n. 12.* Adhibita autem in eiusmodi litanis procesiones & varia alia simulacra, & imprimis formula illa: *κύριε ἐλέησον,* quæ & in nostris ecclesiis adhuc viget. Imo in ipsis precibus, quæ vel cani vel recitari in eiusmodi diebus precationum & ieiuniorum solent, toties quoties hæc formula repetitur, imo ipsa formula dicitur *Litania.* Et huc pertinet *Non. 127. c. 32.* vbi ita: *Omn-*

Quid litaniam stata?

quid imperate?

Omnibus Laicis interdiciamus litanias facere, sine sanctis episcopis, & qui sub eis sunt, reuerendissimis clericis. Qualis enim est litania, in qua sacerdotes non inveniuntur & solennes orationes faciunt, quibus verbis sine dubio respicitur ad solennes processiones, quod ex sequentibus apparet, vbi dicitur, quod cum crucibus in litanis ingredi debeant. conf. *Auth. sed nouo iure C. de Episc. & Cler.* Clarius hoc apparet ex l. 3. §. 1. C. de heretic. vbi hereticis interdicitur, ad litanias faciendas nocte vel die profanis coire conuentibus, & grauissima poena in magistratus constituitur, si quid tale fieri patiantur. Qui autem in litanis sacra turbasse aufus est, in illum grauissime animaduertitur, *cit. Auth. sed nouo iure.*

De iure indi-
cendi litanias.

§. XV. In nostris ecclesiis ius constituendi & indicendi litanias, *allgemeine Fast-, Buß- und Beth-Tage* ad principem omnes referunt, id quod vel ex iure indicendi & constituendi ferias sacras vel diuinas fuit, qualia exempla passim frequentia sunt. Ill. Dn. Stryk. in *Vf. M. tit. de feriis §. 1.* Sed etiam nostris in ecclesiis sunt Litaniae *statæ & imperatæ*. Circa illas ordinandas vt plurimum consistorium versatur, textus penitentiales ministris ecclesiae suppeditando & preces itidem penitentiales ordinando: Ast imperatæ non vnice dependent ex consistorii decreto, sed distinguendum hic est inter ipsum decretum de litanis celebrandis, & huius executionem; illud plerumque in secretiori principis consilio adornatur, hæc vero consistorio demandatur, seu breuiter: *Princeps per consistorium indicit dies precationum publicarum.* Dn. Stryk. *cit. l. & in not. ad Lau- uerbach. compend. tit. de fer. verb. status Imperii.* Quamuis enim alias Consistorium disponere quodammodo solet in causis ecclesiasticis, id tamen ultra causas ei demandatas non procedit, cum fere pleraque potestas consistorii circumscribatur, *iudiciaria facultate*, non autem illa habent, quæ magis ad *legislatoriam spectant potestatem*, quo suo modo refertur indictio litaniae publicæ.

In quo consistat
ordinatio lita-
niarum.

§. XVI. Cum itaque indictio dierum supplicationum a principe dependeat, specialior quoque determinatio quoad effectus iuris ex eius præscripto capienda. Hinc non infrequens

ET ORDINANDI PRECES PVBLICAS.

46

quens est, solenne mandatum typis exscribendum curari, in quo plenior modus cultus publici demonstratur. Sic mandato solenni Serenissimus Dux Saxonix, Meiningensis d. 22. Septembr. 1680. duo ieiunia solennia indixit, edito deinde speciali directorio, in ipsis precibus publicis seruando, & præscripta formula des *Buß-Gebeths umb Abwendung der ansteckenden Seuche*. Sequenti anno per nouum edictum d. 26. Mai. 1681. renouauit illos dies precationum, nouamque formulam adornari & typis exscribi iussit. Sequenti anno d. 16. Iunii 1682. nouus precationum dies indictus est cum nouo directorio nouaque formula, quod sequenti anno duplici nouo decreto continuatum. Aque hæc quidem nunc ad manus fuere; alioquin eo tempore fere per vniuersam Germaniam supplicationes ad omnia templa factæ sunt, ob vniuersalem calamitatem, quæ Germaniæ, tum a dirissima peste, tum Turcica rabie imminebat, quæ feriæ precatoriæ non alia quam summa & publica autoritate imperatæ sunt. Quoad effectus iuris peculiare hic nihil addo, cum alia, quæ in feriis generaliter obseruanda sunt, hic quoque applicari debeant, nisi quod alii feriæ precatoriæ non totum occupent diem, sed semiferiæ sint, in quibus post finitum cultum sacrum matutinum licet vacare & alia subire negotia integrum est. *Franzk. ad tit. de ser. n. 19. Lauterbach. eod. tit.*

§. XVII. Sunt etiam præterea in nonnullis ecclesiis vfitatæ HORAE PRÆCATORIAE, die Bethstunden, quarum ordinationem Schilter *instit. ius Can. lib. 2. tit. 1. §. 3.* ad liturgicas res recte refert, sed ita ut itidem ex publica principis autoritate institui soleant, quemadmodum illo tempore, de quo §. *antec.* mentio iniecta, plurimis in locis factum est. Solet tamen & hic Consistorio specialior determinatio relinqui eo in casu, quando extra ordinem indicuntur. Ceterum an ius hoc priuatiue a summo imperante dependeat, & annon minister ecclesiæ, si de cetero non renuant Parochiani, die forsân Sabbari finitis ordinariis concionibus, possit eiusmodi horas precatorias in templo instituire, quæstionis est? Non existimo

Horæ præcatoria a quibus ordinantur.

An etiam minister ecclesiæ illas possit instituire.

F autem,



autem, in hoc quidquam peccari, tum quod hoc maxime ad curam specialem animarum spectet, tum quod eiusmodi studium magis promovendum & fovendum, quam impediendum sit. Neque eo ipso ius principi territorii competens, vilo modo violatur, cum, vti antea dixi, cultus diuinus etiam negotium sit ecclesiae, & quidem principaliter, atque adeo si Parochiani pii in id consentiant, nihil alienum fieri censendum est ab officio boni pastoris.

*Quid de domino
territorii diuer-
se religionis cen-
sendum sit.*

§. XVIII. Cum vero contingere possit, ut in imperio nostro Domini territorii quoad religionem a subditis dissentiant, breuiter nunc videndum, quomodo adornatio precum publicarum, Litaniarum &c. ab eo institui possit. Decisio huius quaestionis dependet ex *Instr. P. art. 5. §. hoc tamen non obstante 31.* vbi ita disponitur: *Hoc tamen non obstante Statum Catholicorum Landsassii vasalli & subditi cuiuscunque generis qui siue publicum siue privatam Augustana confessionis exercitium anno 1624. quacunque anniparte siue certo pacto aut priuilegio, siue longo vsu (exemplum est apud Brunn. in iur. ecol. lib. 3. c. 1. §. 4.) siue sola denique obseruantia dicti anni habuerunt, retineant etiam id in posterum vna cum annexis, quatenus illa anno exeruerunt, aut exercita fuisse probare poterunt.* Quod si itaque subditi & status provinciales A. C. addicti anno 1624. ecclesiasticam iurisdictionem Episcoporum agnouerunt, ei quoque hac in parte competitus preces publicas indicendi, modo subditis nihil iniungatur, quod Augustanae confessioni vel conscientiae repugnat, vt dicitur in *§. ius Diocesanum 48.* Specialior itaque determinatio quoad preces ecclesiae relinqui necessario debet, ne alioquin, si Episcopi Catholici formulam aliquam praescribere vellent, aliquam plane ab Augustana Confessione aberrantem & cum Catholicae religionis fundamentis conspirantem, A. C. addictis obtruderent. Ex quo nunc noua quaestio resultat; an talis Dominus territorii Catholicus subditis suis, quibus anno 1624. liberum religionis exercitium competiit, cautionibus & precibus, quibus Deum precantur, vt ipsos a Romani pontificis infidiis praeruet, tanquam iniuriosis in ipsum territorii Dominum

*An Catholicus
princeps territo-
rii subditis A. C.
addictis in iunge-
re possit, ne pre-
ces contra pa-
triam infirmantur*

ET ORDINANDI PRECES PVBLICAS.

47

47.

minum interdicere & mutationem iniungere possit? Pona-
 mus in ecclesia Lutherana iam anno 1624. in vsu fuisse preces
 illas notissimas: *Erhalt uns Herr bey deinem Wort / und steuer*
des Pabsts und Türcken Mord / quæ verba quidem ex cantico
 latino idiomate concepto in vernaculum translata sunt, sed a
 mente aliena. Quando enim canimus: und steur des Pabsts
 und Türcken Mord / ita in latino idiomate authentico verba se-
 habent: *Es frange vires hostium.* Quaritur itaque, annon princeps
 possit iniungere, vt loco des Pabstes Mord alia substituunt ver-
 ba? B. Linckius *tr. de iure Episcop. c. 15. n. 60.* id negare videtur,
 addita quoque hac ratione, quod in tractatibus super pace re-
 ligiosa Romano - Catholici de eiusmodi protestantium preci-
 bus nunquam conquesti fuerint, aut earum abrogationem ac
 mutationem petierint. Sed, re penitius considerata, recte
 contrarium statuit, hac tamen cum declaratione, vt negatiuam
 quidem in *puncto iuris* esse putet veriolem, sed si quæstio sit,
 quid *secundum regulas prudentie* agere expediat, melius esse au-
 tumet, si formulæ tales in precibus omittantur, cum de sub-
 stantia religionis euangelicæ haud sint, sed itidem ad adiapho-
 ra pertineant, & inde maius malum alias metuendum euitetur.
 At, si dicendum, quod res est, non video, cur non etiam ne-
 gatiua in *puncto iuris* defendi possit, quod optime ostendit Ex-
 cell. Dn. Thomaf. *de iure princip. circa adiaph. c. 1. §. 11.* Scilicet
 Catholici Domini territorii nihil possunt statuere, quod aut
 conscientiam aut Augustanam confessionem violat, sed dispo-
 sitio principis circa hanc formulam neutrum violat, non il-
 lam, quum quæ lædunt conscientias, non amplius sunt adia-
 phora, non hanc, quia Augustana confessio eam formulam
 pro articulo fidei non agnoscit, neque aliter iniungit. Solet
 præterea, vt iam vidimus, papæ proxime adiungi Turca in
 precibus communibus, sed quæstio foret, annon clausula ta-
 lis contra Turcam rectius omittenda esset tempore pacis cum
 Turca? Distinguit varie Schilter *Instit. iur. Can. lib. 2. tit. 1. §. 25.*
in not. tit. 6. [1] inter treugam & pacem, [2] inter pacem ciui-
 lem & ecclesiasticam. Verum, ni fallor, in precibus publicis
 Fz aliis.

aliisque consuetis, vbi fit mentio des Türcken-Mords / contra Turcam, quatenus pacem ciuilem potissimum turbat, oratur, & si induciæ cum eodem sunt factæ, saltim aliter formulæ essent formandæ, Deusque inuocandus, vt has inducias in pacem perpetuam conuertere vellet. Saltim durum est, Turcarum prædationes deprecari, quibuscum omnia per amicitiam ciuilem peraguntur. Vnde non dubium est, quin etiam princeps eiusmodi formulas mitigare & alias substituere possit.

*An priuatis
propterea inter-
dictum sit, horarum
precatórias in-
tra priuatos pa-
rtes instituire.*

§. XIX. Quandoquidem vero dictum est, horas precatórias plerumque solere iudici publicæ autoritate, & communiter in templis publice peragi, non tamen tuto inde inferri potest, propterea priuatis interdictum esse intra priuatos parietes eiusmodi pietatis exercitia instituire, & preces communes inter se fundere. Equidem non ignoro, quod communiter contra has priuatas & domesticas preces opponi solet, quasi vergant in contentum ministerii vel secum trahant seductionem incautæ plebis, quam præcauere e re politice ecclesiastica sit. Addere solent varia alia incommoda, motus turbaramque semina, quæ exinde fluunt, quin & alii fati inepte adhuc prouocare solent ad *L. 15. C. de Episc. Et Cler.* vbi conuenticula extra ecclesias damnantur. Verum hæc omnia incommoda euitari possent, si hi, qui tanto zelo hisce sacris priuatis resistunt, non essent turbarum publicorum auctores, quas sæpe concionibus seditiosis mouere solent. Preces non pariunt incommoda, nisi penes impios, qui talia exercitia concoquere nequeunt. Nisi hodie, quod dolendum, preces in monopolium cleri transfissent, nunquam tot contradictiones essent metuendæ. Placet hic inserere verba huc facientia ex Rescripto potentissimi Regis Borussiae occasione contradictionis ob huiusmodi preces motæ d. 11. Mai. 1701. emissum. Friedrich König in Preussen / &c. Unser &c. Wir haben mißfällig vernommen / was gestalt ihr einen Studiosum Theologie zu Halle / Namens S. weiln. er beym Richter auffn Neumärcket / M. priuat Bethstunden gehalten / und Psalmen erklaß-

ret

ET ORDINANDI PVBLICAS PRECES. 45

48.

ret / durch das Amt zu G. in ein Gefängniß / worinn malefiz
Personen zu sitzen pflügen / bringen lassen / und derselbe alda sehr hart
gehalten / und dem ersten Tag nur mit Wasser und Brod gespeiset
worden. Wann wir nun solche procedur umb so viel weniger bil-
ligen können / weil &c. & post pauca: am wenigsten aber wegen
eines sonst unverbottenen *exercitii pietatis privati* solch hartes
Verfahren meritiret hat / als haben wir &c.

§. XX. Malitia tamen hominum sæpe ansam dare solet, *An princeps*
vt princeps vel inuitus certo modo hæc priuata sacra non qui- *possit refringere*
dem penitus abolere sed refringere soleat, quoniam experi- *re die priuat-*
entia docuit, turbarum semina ab iis excitata in Republica, *betstunden.*
qui hæc omnibus modis promouere debebant, si officio suo
deesse nollent. Ne itaque irritata plebs, quæ sæpe plus vati-
bus, quam ducibus morem gerere solet, vbi religione capta
est, eo magis tranquillitatem publicam prætextu zeli pii tur-
bet, certo modo eadem ex necessitate aliquando princeps re-
stringere debet, cum alias merito ad prærogatiuas libertatis
Christianæ, quæ in Republ. non tollitur, referri debuisset.
Quæ necessitas sicuti principem excusat, ita minime autores
turbarum excusat, qui Deo aliquando, rationem eo nomine
reddere debent.

CAP. III.

DE
IVRE EXIGENDI PRECES
PVBLICAS.

§. I.

Inter publicas potissimum hodie in controuersias forenses
venire solent ἐντεύξεις seu INTERCESSIONES, quippe
quæ hodie, vt ex mox dicendis liquidum erit, varia iura
habent annexa, atque adeo non mirum, quod sæpe manu
militari vel bellica extortæ fuerint. Postquam enim hæc preces
instrumentum ambitionis, prærogatiuæ alicuius politicæ in iudicium, imo im-
perii

*Intercessionum
hodiernarum
singularis præ-
stantiæ politicæ.*



imperii summi vel potentia ἀρχιπρω, (ne dicam de aliis politicis respectibus) factæ sunt, & vero potiores dissensiones & controuersæ hominum de prærogatiuis eiusmodi vel ambitionis externis circumstantiis fieri soleant, facile inde concludi potest, nec consistoria nostra ab hisce litibus circa intercessionem publicas vacua, quin potius referta esse. Vbi adhuc preces huiusmodi pro aliis fiebant ex libertate, & eo, quo debebant fieri, spiritu spontaneo, ubi in hisce intercessionibus nullus latitabat character imperii vel dignitatis singularis, ubi denique nec formulis infitebatur, frustraneæ erant quæstiones de *iure exigendi preces publicas*. Verum postquam ab hac genuina & vera simplicitate, Christianis propria, recessimus, exiguntur *per vim* sæpe intercessionem, concertatur de formulis intercessionum, & argumenta politica pro imperio ex hisce desumuntur, quibus simul introductis iam non potest non vile esse, iura hæc sub examen reuocare.

*Ius perfectum
hic intelligitur.*

§. II. Quandoquidem vero de *iure exigendi preces publicas* hic agimus, in propatulo est, non *ius imperfectum* hic intelligi debere seu tale, quod tantum habet obligationem aliquam internam. Nam quamuis hoc ius olim in primitiua ecclesia potissimum circa intercessionem obtinuerit, & si veram indolem & naturam virtutemque intercessionum consideramus, magis precibus, quam coactione quadam externa obtineri debeant, cum preces ad cultum internum, ad cordis desiderium, cogi nescium, referri debeant, & hoc sensu quilibet Christianus ius exigendi intercessionem ab alio habeat, id quod tamen non ex legibus ciuilibus, sed amoris Christiani diiudicandum; tamen eatenus effectus nullos iuridicos proprie dictos habet, nec eo intuitu hoc ius inter forenses strepitus occurrere solet, sed potius intelligimus *ius* in sensu proprie dicto, scilicet *perfectum* seu *vi coactione externa exigendi ab altero, ut in publicis precibus sui mentionem speciatim iniicit*, & ita ille effectibus omnibus iuris fruatur, qui ex tali intercessionem publica dependent. Originem huius iuris perfecti iam ostendi in *cap. i.* ubi præterea docui,

PRECES PVBLICAS.

docui, apud gentiles quoque in vfu fuisse, vt intercessionem
tales saepe publica autoritate imperarentur.

§. III. Quamuis autem pium & laudabile sit, vt iuxta
monitum Apostoli intercessionem pro omnibus fiant imperan-
tibus, & imprimis pro eo, qui Reipubl. illi, vbi preces fiunt,
praest, tamen quia hic potissimum *de iure illas exigendi solliciti*
sumus, omnino inquirendum est, quo iure principes prote-
stantibus in ecclesiis hoc ius exigere soleant. Alii hic pro fun-
damento ponunt ius diuinum & Gentium, *illud quidem, quod*
iuxta monitum Pauli 1. Tim. II. 2. ecclesia obligetur ad preces
publicas, pro potestate ciuili, ecclesiae protectrice faciendas;
hoc vero, quod moris etiam apud gentes fuerit, preces eius-
modi publica autoritate imperare, quod ex adductis cap. 1. §. 2.
exemplis liquet. Ita Schilterus Instit. iur. Can. lib. 2. tit. 1. §. 26.
philosophatur. Verum quemadmodum exempla quarundam
gentium non statim faciunt ius vniuersale gentium, sed saltem
mores quarundam gentium, eosque non vniiformes, nec con-
stantes, sed ex mera libertate susceptos indicant, & monita
Pauli in sensu quidem latiori ius diuinum appellari possunt,
sed non stricte dicto, cum leges ecclesiasticas Paulus condere
noluerit, nec externam obligationem, diiudicationibus foren-
sibus obnoxiam introduxerit; ita quidem non secure inde hoc
ius, vt quidem hodie exercetur, peti potest. Paulus per *mo-*
nica sua voluit imprimis *obligationem internam ecclesiae impone-*
re, sed hic maxime de externa & ciuili sermo est. Hinc alii ad
ius episcopale, seu iurisdictionem ecclesiasticam prouocant, quod hu-
ius intuitu principes ac status imperii nominatim in territoriis
suis precibus Publicis inseri debeant, vti sunt verba Carpouii
in iur. pr. eccl. lib. 2. def. 260. n. 6. quo etiam collimat Caspar Zie-
glerus de iurib. Maies. lib. 1. c. 17. §. 4.

Quo iure impe-
rantes has pre-
ces exigant.

§. IV. Haec tamen quidem non adeo male, si quidem *iur-*
isdictionis ecclesiasticae terminus recte explicetur. At vbi ex mente
Carpouii eandem supponere volumus, vix est, vt tale fun-
damentum, vtpote lubricum, admittere queamus. Suppo-
nit enim ille in iur. pr. lib. 1. def. 2. statibus imperii euangelicis
iura

An hic pro fun-
damento possit
poni iurisdictionis
ecclesiasticae in-
sensu Carpouii
ano.

iura episcopalia competere, & ex hoc quidem duplicem eodem repræsentare personam, alteram secularem, alteram ecclesiasticam, adeoque duplicem quoque exercere potestatem, alteram ecclesiasticam, alteram secularem, huic quidem quæ principes, illi vero qua Episcopos præesse. Deinde *lib. 1. def. 4.* eodem modo distinguit iura episcopalia, quo in iure Canonico Episcopis Catholicis attribuuntur, ut alia *ordinem*, alia *legem dioecesanam*, alia *iurisdictionem*, alia denique *statum seu dignitatem* respiciant, quæ quomodo a Canonistis distinguantur, latisime & distincte tradit B. Linck in *rr. de iure Episcop. c. 8. seqq.* Quæ omnia si ex mente Carpzouiana supponimus, vti in eius doctrina supponere debemus, inde concludendum est (1) principibus protestantibus hoc ius exigendi intercessionem publicas non competere qua talibus, sed quatenus gerunt personam ecclesiasticam, (2) ius hoc ad certam speciem iurium Episcopaliū iam adductorum referendum esse. Iam quidem ipse in *defin. alleg. 260.* illam speciem non præcisè determinat, sed indefinite loquitur, pro fundamento substernens ius Episcopale seu iurisdictionem ecclesiasticam late acceptam. Quod si tamen ex eius mente ulterius progredi & hisce suppositis principiis inquirere amamus, ad quam speciem iuris Episcopalis referri hoc ius debeat, in promptu forsan erit decisio, potius ad *Legem dioecesanam* hoc ius pertinere; vi huius enim iuris episcopo debetur subiectio & reuerentia, quam omnes de dioecesi episcopo præstare debent *c. conquærente 16. X. de offic. iud. ord.* Carpz, *cit. def. 4. n. 5.* Linck. *de iur. Epif. c. 10. §. 8.* Vt plurimum enim hodie pro subiectionis vel reuerentiæ characterem habetur, si quis eius modi intercessionem exigere possit.

§. V. Verum iam dudum ante me eruditiores animaduertentur, hunc sensum vel plane falsum, vel saltem admodum incommodum esse, & in effectu minus iuris statibus nostris eo ipso tribui, quam illis reuera competit, aliquando vero adscribi, quæ ad officium mere sacrum & quidem ministrorum ecclesiæ spectant. Sane oppido falsum est, status protestantes duplicem sustinere personam, esse simul Episcopos in sensu

Relictur fundamentum huius iuris in sensu Carpzouiano.

sensu iuris Canonici, & præterea principes seculares. Neque enim princeps aliam induit personam, vbi ius sacrorum exercet, quam sustinet, vbi alia iura imperii dirigit, cum vniuersa potestas circa sacra & profana ex vno eodemque fluat principio ceu fonte, scilicet imperio ciuili, vi cuius totam gubernat Rempubicam. Fluxit hæc locutio incommoda ex iure Canonico, cuius principiis immerfi ICTi incaute omnia applicare voluere ad nostros principes, cum tamen iura sacrorum ex ipsa superioritatis territorialis natura, postquam tota iurisdicctio papalis cum omnibus eius speciebus in territoriis protestantium est suspensa per instrumentum pacis *art. V. §. 16.* dependeant, & secundum principia iuris publici vniuersalis inde peti debeant. Impedimento enim remoto, quod olim in territoriis protestantium ius territoriale seu imperii valde intra angustos coercuerat limites, & imperium ciuile circa sacra obstruxerat, non potuit non plena libertas hæc iura imperii circa sacra exercendi statibus protestantibus obuenire, non quod ita in classem episcoporum proprie dictorum sint eo ipso relati, sed quod iura per episcopos imo ipsum papam vsurpata per solennem illam suspensionem receperint, non tamen eodem modo, sed potius *iure ordinario imperii conf. Dn. Hertius de superior. territor. §. 11. B. Dn. Brunnem. de iure eccl. lib. 1. c. 2. §. 2. seqq.* Neque ita necesse est, nec saluis veris principiis fieri potest, vt ius hoc sacrorum ex iure Canonico eruamus ad exemplum veterum ICTorum, qui aliquo modo excusandi erant, quod genuinis iuris publici vniuersalis principiis non essent imbuti, tota illa doctrina adhuc quasi in abdito iacente. Ast vbi hodie etenebris in lucem protracta, nimis isinum & inconueniens foret, si relictis limpidis fontibus, prouocare amplius vellemus ad corruptos eiusmodi falsosque riuulos. Quo ipso quoque quadruplex illa ratio iurium Episcopaliū, si statibus nostris applicatur, corrumpitur quæ episcopis non aliter competit, quam *dependenter*. Sed in iure sacrorum principes nostri nemini subfunt, Ill. Dn. Stryk. *de iur. papal. princ. Euangel. c. 2. §. 2.* quin quod ex iure sacrorum adhuc plus compe-

tat statibus protestantibus, quam illa, quæ in dictis iuribus continentur, vt nunc quidem non adducam alia incommoda, quæ ex hac erronea hypothesi fluunt. Neque est, quod quis obiiciat, in ipso *Instr. P. cit. l. expressè dici ius Diæcesanum & iurisdictionem ecclesiasticam* se continere debere intra terminos territorii; neque enim hoc negamus, sed saltim de eo dubitamus, an per *ius Diæcesanum seu iurisdictionem ecclesiasticam* hic eo sensu ius sacrum accipiendum sit, vti quidem Carpzouius, quod iam animaduertit Ill. Dn. Stryk. *de iur. pap. cit. l. §. 4. inf. vbi longe aliam & commodiorem iuris Diæcesani substituit definitionem.*

Ius exigendi & dirigendi intercessiones in precibus publicis ex summa dependet potestatem.

Cur hodie ex suggestu eius modi intercessiones fiant.

§. VI. Eodem itaque sensu, quo *capite antec.* statibus protestantibus asseruimus potestatem ordinandi & præscribendi preces publicas, iisdem quoque hic adscribimus ius exigendi & dirigendi intercessiones, in precibus publicis faciendas, quæ hodie ordinarie precibus illis inferi solent, quæ finita concione ex suggestu recitantur. In quo ecclesiæ nostræ recessere a moribus antiquissimarum ecclesiarum, vbi in solenni missa coram altari nomina eorum recitari solebant, qui precibus speciatim Deo erant commendandi, id quod *cap. 1. §. 19.* ex historia ecclesiastica ostendi, & nuper Pl. Reuerend. Dn. Buddeus *diff. contra Grabium supra laudata §. 17.* plenius explicuit. Duplicem huius mutationis subministrat rationem Caspar Calvör. *in ritual. eccles. lib. 2. sect. 2. c. 38. §. 4.* (1) vt populus, qui finita concione se proripere solet ex ecclesia, supplicationes comprecando iuuet: (2) vt caueatur, ne intercessiones ad *προκειµενα δῶρα* symbolaue panis & vini in ara propofita more pontificio, æmuloue patrum alligentur. Sed dubito, an hæc rationes sint adæquatæ, & ex historia ecclesiastica ostendi possit, hac intentione communiter recessum esse ab illo vetustissimo more. Hoc tamen non nego, postquam missæ solennes pontificiorum in nostris ecclesiis tempore reformationis defecerunt, per consequentiam quoque modum supplicationis defecit faciendi immutatum, & ab ara ad suggestum translatum esse. Interim hæc circumstantia externa quoque modo refertur

PRECES PVBLICAS.

51.

ferri debet ad adiaphora, adeoque sub arbitrio principis est, qui, prout commodum & ordini bono conueniens esse duxerit, disponere potest, an eiusmodi intercessionem coram altari, an ante an vero post concionem, an denique in suggestu fieri debeant, siquidem non ignoti sunt mores quarundam ecclesiarum, ubi ante concionem ex altari vel alio loco hæc solennes recitantur preces.

§. VII. Vi huius iuris princeps disponit, quarumnam personarum, speciatim mentio fieri debeat in precibus publicis. Proinde solet vt plurimum certa formula a Consistorio ministris ecclesie præscribi, quam precibus publicis inferere debent, quæ, prout circumstantiæ id suadent, mutari varie solet. Vi huius directionis non tantum princeps pro se exigit intercessionem, sed etiam pro Augusta, matre, liberis, fratribus, aliisque cognatis, prout in formula præscripta id expressum est. Ex quo perspicuum redditur, non omnes, quorum fit mentio speciatim in supplicationibus hæc publicis, habere ius illas exigendi, quippe quod primario fit iure summæ potestatis, qua reliquæ personæ nominatæ destituuntur, sed omnia hæc dependere ex directione summæ potestatis. Quin quod etiam nonnullis in locis solet mentio fieri eorum, qui ex confraternitatibus iure spem succedendi habent in territorio illo, vt in Saxonia communiter orari solet vor die erbverbrüderen und erbvereinigten / nemo tamen inde concludere potest, hoc fieri ex imperio confratrum, qui adhuc nullum ius imperii reale habent, sed præscriptio etiam hæc dependet ex principis indicatione & imperio.

Dispositio principis territorii, pro quibus personis speciatim preces faciende.

§. VIII. An autem hi, qui ex confraternitatis pacto ius succedendi habent, suo iure exigere possint a principe territorii præsentate, vt in formula ministris ecclesie præscribenda eorum quoque speciatim mentionem faciat, alia a priori est quaeritio? Hoc quidem certum est, pacta eiusmodi plus iuris in alterum transferre, ac quidem de iure Romano transferri solent. Operantur enim aliquod ius reale, ita vt ficta quædam traditio interuenisse videatur Ill. Dn. Stryk, de success. ab int. diss.

An qui ius confraternitatis habent, suo iure prætertere possint, ut eorum fiat mentio in precibus publicis.



§. c. 7. §. 30. quo forsan respiciunt verba pacti confraternitatis adducti a Thulemaro *de Ofeoiratu c. 16. §. 27.* und gegen einander *Auff- und Uebergebung* gethan haben. Inde quoque est, quod a confratris alterius subditis alteri in euentum simul homagium præstari debeat, quod ipsum in iam adducto pacto confraternitatis inter domum Brandenburgicam, Saxoniam & Hassiacam expresse prouisum est, & praxi ipsa comprobatur, teste Ill. Dn. Stryk. *in exam. iur. feud. in append. n. 10.* vbi formulam ipsam refert. Ceterum de hac quæstione nihil in ipso pacto determinatur, & quamuis in terris Saxonice confratrum mentio fieri soleat, non tamen constat, an Serenissima domus Saxonica ad hoc teneatur vigore pacti, & an confratres iure perfecto hoc præterdere possint. Sane in his terris eorum non fieri speciatim mentionem, res ipsa loquitur, neque ius perfectum ex pacto tali quæsitum esse puto, vt præcisè formulam in eos quoque dirigant. Nam quod euentualiter homagio includantur, hoc vtique ad maiorem pacti securitatem & subditorum adstrictiorem fidem spectat; sed an eorum mentio in precibus publicis speciatim fiat, nec ne, nec addit firmitatem pacto, nec eidem aliquid detrahit, siquidem non omnes spem succedendi habent, pro quibus speciatim quoque preces concipiuntur, nec vbique omnes, qui spem succedendi habent, iisdem includuntur, sed totum hoc negotium ex directione eius, penes quem est suprema potestas, dependet. Multum tamen hic speciali conuentioni vel obseruantia constanti dandum esse, facile admitto.

Quid de fratribus Apanagiatis dicendum

§. IX. Dictum vero præterea est, quod fratrum, puta Apanagiatorum, quoque soleat mentio in precibus publicis fieri. Consistit vero alicubi Apanagium in certa pecuniæ quantitate, alicubi autem certa portio feudi regalis vltrogenitis fratribus assignatur, vt ex illa reditus percipiant, in quo vltimo casu despiciendum est, an possint proprio ausu exigere intercessionem publicas in districtu assignato, an vero tale quid exigendum a fratre primogenito, vt ille formulam talem præscribat, in qua specifice & sub nomine proprio eorum fiat mentio.

tio? Non vna eademque definitione hanc quæstionem absolu posse, facile constat, cum varia sit Apanagia conditio. Videlicet plura sunt Apanagia, vbi superioritas territorialis & omnia regalia primogenito fratri in districtu tali salva manent Springsfeld *de Apanag. c. 5. n. 47.* Knipschild. *de fideic. famil. c. 6. n. 227.* Myler. *de princip. & stat. imper. c. 21. §. 4.* qualia vt plurimum solent esse apanagia, & hoc in casu, cum apanagiatus redditus tantum cerros sibi assignatos percipiat, expeditum est, ei non competere ius proprio ausu præscribendi ministro ecclesiæ formulam, secundum quam pro se faciat intercessionem, sed frater primogenitus de hoc disponit, ad quem proinde recurrendum. Sed etiam non desunt apanagia pinguiora, vbi apanagiati superioritatis quoad maximam partem participes facti, exceptis illis regalibus, quæ speciatim primogenito reseruata sunt, quo pertinent exempla adducta a Io. Guilielmo Itrero *ir. de feud. imperii c. 13. §. 5.* Quodsi itaque ius sacrorum, a quo hæc dispositio dependet, non fuerit exceptum, nemo negabit, apanagiato tali quoque preces eiusmodi exigendi ius competere, cum & reliqua iura sacrorum exerceat. Qua ratione autem preces eiusmodi concipiendæ sint, & annon primario fratris primogeniti & deinde demum apanagiati in illo districtu regentis mentio fieri debeat, non tam videtur esse quæstio iuris, quam meræ ciuilitatis politica.

§. X. Similiter non raro contingere solet, vt Aduocati vel protectores prouinciarum die *Schutz und Schirm-Herrn* precibus publicis inserantur, quod in ciuitate Erfurtenfi, antequam a Moguntino occasione precum publicarum controuersarum subiugaretur, aliquoties obseruatum, vt domum Saxoniam ob ius protectionis, eidem a ciuitate assertum, etiam medias inter turbas, ob prætensiones Moguntini exortas, publicis quoque precibus comprehenderent. vid. *Theatr. Europæum p. 9. ad annum 1663. p. 885.* vbi formula ipsa refertur, id quod in aliis quoque locis, vbi Potentissimo Regi Borussia ius protectionis seu aduocatiæ competit, fieri solet, quo eo magis ibi obtinere debet, vbi præter aduocatiæ longe eminentiora

An etiam orandum pro protectoribus prouinciarum.



iura protectori competunt, vti Regi Borussia in Abbatiam Quedlinburgensem vid. Autor des Europäischen Herolds p. m. 1528. Quamvis autem protector vi iuris aduocatiæ nullam in prouincia clientelari superioritatem territorialem exercent, illud tamen fœdere hoc clientelari comprehensum videtur, vt alter alterius maiestatem comiter conseruet, vt loquar cum Proculo in *L. non dubito* 7. §. 1. de captiu. & possim. reu. eidemque tanquam patrono reuerentiam singularem exhibeat, in cuius declarationem merito quoque in precibus publicis nominatim allegandus est. Alias quidem iura ex reuerentia fluentia sunt imperfecta, sed cum hæc reuerentia ex pacto seu conuentione speciali debita sit, & signum huius quoque hodiernis moribus habeatur, si quis speciatim in supplicationibus ecclesiasticis nominetur, merito quoque aduocato & protectori ex hoc pacto competit ius exigendi preces publicas, licet indictio ipsa seu conceptio formulæ salua esse debeat domino territorii.

Quid dicendum
de possessoribus
principatum
iure antichreti-
co.

§. XI. Cum vero in imperio nostro haud rara adfint exempla eorum, qui prouincias seu territoria possident iure antichretico, & in creditorem antichreticum omnia iura & regalia, territorio connexa, ita transferantur, nisi quædam in specie debitor sibi reseruauerit, non admodum dubium est, quin talis possessor possit quoque exigere preces publicas. Quamvis enim propterea in dignitatem non succedat, cum dentur iura habere der Graffschafften/ qui tamen non sunt comites, Gail. de Arrest. c. 6. n. 9. Ziegl. de iur. Maiest. l. 2. c. 28. §. 27. Carpzou. disput. feud. 2. p. 15. nihilominus tamen regalia ipsa territorio connexa in eum transeunt, & sic quoque iurisdictione ecclesiastica, vi cuius preces adornare, & formulam earundem concipere potest. Sed quia plerumque in eiusmodi casibus debitor sibi reseruare solet iurisdictionem ecclesiasticam, merito quoque tunc nihil circa preces disponere potest, nisi forsan præterea ius patronatus in eum translatum sit, sic enim ad minimum tanquam patronus eiusmodi supplicationes prætere, sed tamen non proprio ausu præscribere potest, id quod eius est, qui iurisdictionem ecclesiasticam exercet, nisi obseruantia.

con.

PRECES PVBLICAS.

constanti & inueterata aliud peculiariter introductum, cui standum est. Sed de hoc pluribus infra. Vid. interim Caspar Zieglerus *de iur. maiest. lib. 1. c. 17. §. 4.*

§. XII. Idem fere fundamentum adducendum in casu, si de principatu lis inter personas illustres pendeat, sic enim imprimis ad possessorem respiciendum, qui interim omnia iura territorio connexa recte exercet, donec de iure confiterit. Est enim præsumtio pro possessore, quod iure possideat, quæ habet hunc effectum, ut, nisi alius iustiore titulum probauerit, merito pro possessore pronunciandum sit *l. 128. de R. L. l. 8. de condit. ob turp. caus. l. f. l. de R. V.* quod non tantum in priuatorum rebus, sed etiam in causis illustrium procedere debet, non tantum in allodialibus, sed etiam feudalibus *Meu. s. Dec. 178. n. 8.* Imo ex possessione ius ipsum seu titulus præsumitur *Carpz. p. 1. C. 10. def. 23. n. 1.* unde nequidem ad allegationem tituli præfens possessor adstringitur, *l. n. C. de petit. hered.* Atque hæc omnia, quæ in iure civili de commodis possessionis allegantur, utique ex naturalibus fluunt principiis, ut sic eo facilius quoque ad causas principum applicari possint. Quod si enim præsentem possessorem subditi pro domino territorii agnoscere non tenerentur, certe ipsis relinqueretur arbitrium iudicandi, uter ex litigantibus ius haberet imperandi nec ne, id quod tamen cum subiectionis indole pugnat. Idem fere hodie applicatur ad *possessores temporarios*, qui bellis sæpe mutantur. Non raro enim contingere solet, ut bello exortu hostis plures occupet ciuitates, & in occupatis statim iura imperii exerceat, homagium a subditis exigat, & alia iis imponat, ex quibus subiectio diiudicanda. Et sic quoque iuris ecclesiastici primum solet esse exercitium, ut exigat pro se in ecclesiis supplicationes, & prohibeat, ne amplius pro vero & legitimo domino territorii præstentur. Et quidem si de cetero subditi cum hoste non conspirauerint, sed violentiæ bellicæ cedere debuerint, excusandi sunt, quoniam non volentes decesserunt a domino territorii, sed vi bellica coacti, neque aliter se conferuare possunt, quam ut subiectionis huiusmodi leges subeant,

Quod si de principatu lis sit.

An pro hoste patriæ possessore tamen orandum sit.

subeant, in quo dominus legitimus territorii concessisse præsumitur, cui cura cordique conservatio suorum subditorum esse debet. Sic fit, vt. contra quem tempore obsidionis supplicationes in ecclesiis factæ sunt, iam capta vrbe pro eo debeant fieri, & cuius interitum quæsiuit ecclesia, eius salutem nunc expetere debeat. Hæc omnia, vt dixi, subditis improbari nequeunt, quatenus necessitate coacti in leges eiusmodi consentire debuerunt. Sed & solent hic ministri ecclesiæ ad quemlibet nutum esse faciles & mutabiles, & mutato ita domino, statim animum mutare. Capto Ioanne Friderico Electore Saxonix, eoque bello a Carolo V. superato, eique Mauritio substituto, Wittebergenfes Theologi mox hunc latis videntur accepisse vlnis, præsertim cum liberalitate eximia Mauritii a fauore in veterem Dominum retraherentur. Referunt D. Pomeranum, dum finita concione preces publicas consueto more recitaret, & iam in eo esset, populumque admoneret, vt pro domino præsentis territorii preces quoque funderet, populum his interpellasse verbis: Doch meine ich nicht den Churfürsten Johann Friedrich/ sondern den ighen unsern gnädigen Herrn Morizen/ der ein rechtschaffener gültiger milder Fürst/ und hat neulich dem Herrn Philippo und mir einem jeden eine Pumps Mühe voll Thaler schencken lassen. vid. Arnoldi Rezer: Historie P. 2. lib. 16. c. 4. §. 8.

An extranei principes nominatim precibus publicis sint inferendi.

§. XIII. Cum itaque indictio precum publicarum, earumque exactio iure imperii fiat, facile iam conici potest, quoniam nitatur fundamento decisio Carpouii in iuriapr. eccl. lib. 2. def. 260. vbi vult probare, principes extraneos petere aut exigere non posse, scilicet iure perfecto, vt nominatim ac in specie precibus inserantur publicis. Potissimum fundamentum quaerit in obseruantia & consuetudine, quod illa ius faciat, huius vero obseruantia rationem eam vult esse, quod principes & magistratus extranei nullam iurisdictionem ecclesiasticam, cuius intuitu Domini territorii precibus publicis inserantur, præterdere possint, quæ rationes id quidem euincunt, non posse extraneos principes suo iure præterdere, vt nominatim precibus

precibus includantur, licet iure humanitatis vel ob reuerentiam id fieri soleat. Tota itaque dispositio huius negotii dependet ab eo, qui in tali loco exercet iurisdictionem ecclesiasticam, qui formulam eiusmodi supplicationum præscribere potest. Sic quidem fere per totum imperium Imperator nominatum solet precibus publicis inferi, id quod tamen non fit ad mandatum ipsius imperatoris, qui nullam iurisdictionem, multo minus ecclesiasticam, in territoriis statuum exercet, nisi quam forte in instantia appellationis leges adhuc eidem reseruarunt; sed potius ad mandatum domini territorii, qui tale quid adornare solet, in reuerentiam Imperatori debitam, vt & memoriam pristinorum iurium Imperatori quondam competentium.

§. XIV. Vltcrius quamuis determinatio, pro quibus personis speciatim in publicis supplicationibus orandum fit, fluat ex iure imperii in Republ. non tamen statim inde concludendum: Ergo pro quibus principibus publicis in precibus nominatim supplicationes fiunt, illis etiam competit superioritas territorialis. Solet enim, vt hæctenus dictum est, pro aliis orari, v. c. pro protectoribus prouinciarum, Apanagiatis, cognatis, vel aliis etiam ex iure familiaritatis, qui etiam pro magistratu oppidano, patronis, & qui iurisdictionem patrimoniale habent. Vnde præterea docendum est, quod is, qui precibus publicis includitur, simul quoque vi iurisdictionis ecclesiasticæ has preces indixerit formulamque præscripserit. Quod autem iure familiaritatis tantum factum, ob id alteri nullum ius competere potest l. 41. ff. de acquir. vel omit. poss. Ludouic. Post. er. de mand. manu. obf. 53. n. 2. Besoldus conf. 118. n. 79. Ill. Dn. Stryk. diss. de iure familiarit. c. 4. n. 10. multo minus aliqua inde superioritas colligi. Illustratur hoc vltcrius ex scripto quodam publico, cuius titulus: Nochmalige ernstliche Behauptung des freyen und unbeschränkten exercitii des Schleswig-Holstein-Goetorffischen iuris armorum, Armandie Fortalicii, fuederum &c. &c. gegen alle bisherige ungegründete Schleswig-Holstein-Glückstädtsche Anmassungen und nach so heilig geschloß

An ex supplicationibus talibus possit superioritas probari.

schlossenen Altenaischen Vergleich wieder hervort gesuchtest und bey noch wärenden Pinnenbergischen *Tractaten continuirten* Beeinträchtigungen in wohlgemeynter Antwort auf die von einem Holsteinischen Land-Patrioten in *Monath Novembr. 1699.* jüngsthin zusammen getragene/ und auffgesetzte sogenannte rechtmäßige Ursachen *Et. Et.* vbi autor in §. 3. sequentia hanc in rem habet: daß in einigen Städten das allgemeine Kirchen-Gebeth aus alter unverfänglicher Gewohnheit / vor beyde regierende Herzogen zugleich abgeleget werde / giebet der Sache nichts; und wird ein jeder solcher Exempel nur halbklündiger gesehen müsse / daß sothane Einschließung ins Kirchen-Gebeth so wenig einige Superiorität mit sich führen / als dessen Unterlassung selbige Landes-Obrigkeit und Hoheit einen sonst rechtmäßigen Landes-Fürsten absprechen könne. Die gesambte Herzogen zu Schleswig Holstein / würden in Regard der bey ihrer Stadt Hamburg so wohl hergebracht und fundirter gerechtfame übelfahren und zu Furs kommen müssen/ wann die von dieser Stadt so eigenmächtiger unverantwortlicher Weise/ de facto verfuget Unterlassung des gewöhnlichen Kirchen-Gebeths vor ihre Erb-Landes-Herrn/ denen selben ihre hohe Landes-Obrigkeit nehmen solte/ wie gleichwohl nach dem Glückstädtischen Vorgeben folgen müste. Eben so wenig/ als der Aeltstin und Fürstin von Essen ihre Landes herrschaftliche Ober-Bothmäßigkeit / die sie doch so gar auch in *Contradictorio* durch ordentliche Sententz, die 4. Febr. 1670. an Käyserl. und des Reichs-Cammer-Gericht erstritten vid. Deckherr tententz Cameral. duodecennial. period. num. 276. pag. 103. dadurch daß ihrer im Kirchen-Gebeth auch noch bis diese Stunde nicht gedacht wird / genommen werden / und als wenig Ihr. Ehr. Fürstlichen Durchl. von Brandenburg / auff welche als der Stadt Schutz-Herren / mehr besagtes Kirchen-Gebeth beständig mit gerichtet wird / dadurch einige Superiorität über solche Stadt zu wachsen kan. Eines mehrern / da in andern Fürstlichen Häusern / nebst der regierenden nicht weniger auch vor die übrige Linien sothanes Kirchen-Gebeth mit zugesehen pfieget / antwo nicht zu gedencken / die deswegen jedoch vor diese *Civilitat* und gute Wünsche sich niemals die

55:

die geringste Superioritat Gedanken zu Sinn steigen lassen. Quæ omnia sine dubio vera sunt, nisi alia circumstantiæ prægnantes concurrant, veluti si in precibus publicis, vbi pro principe quodam speciatim intercessionem sunt, inseratur clausula, unsern gnädigsten Landes-Herrn / quo ipso aperte profiterentur, se eum, pro quo intercessionem faciunt, agnoscere pro domino territorii. Equidem Myler ab Ehrenb. *de princip. & stat. imperii c. 101. §. 22.* ex huiusmodi clausula nullam subiectionem probari posse autumat, quoniam verba honoris & ciuilitatis gratia, vulgo ad complacentiam prolata, nec obligationis nec dispositionis vim habent. Verum duas diuersas videtur confundere clausulas. Hoc certum est, clausulam: unsern gnädigen Herrn / nullam subiectionem inuolueret, sed reuerentiæ tantum indicium esse: licet Erfordenses in causam cum Moguntino etiam eam ipsam ne quidem admittere voluerint; sed plus inuoluunt verba: unsern gnädigen Landesherrn / quo non possunt non subditi se subiectos profiteri, quem enim agnoscunt, quem venerantur tanquam dominum territorii, huic quoque se subiectos profiteri debent.

§. XV. Quantum autem præiudicium metuendum sit ex eiusmodi clausulis, satis aperte docent motus Erfordenses, orti imprimis tum ob denegatas supplicationes pro electore Moguntino, tum etiam ob reiectionem illius clausulæ, unsern gnädigen Herrn / quam Moguntinus inseri precibus prætendebat. Meretur hoc exemplum, vt breuiter ad scopum præsentis disputationis facientia hic inserantur, quæ satis confirmantur, quæ *capite 1.* asserta sunt, hodie scilicet manu militari tales preces exigere solere. Conclusa pace Osnabrugensi, mox anno 1649. ad instantiam Moguntini contra ciuitatem Erfordensem commissio a Cæsare fuit decreta, ad restituenda illa, quæ ante bellum iure ad Moguntinum spectauerant. Inter restituenda autem erat *ius preces exigendi* ab Erfordensibus, cuius prætensionis summa hæc erat: daß vor dem eingefallenen Krieges-Wesen in dasigen Evangelischen Kirchen auff öffentlicher Cangel geb auchlich gewesen / aber dieser Zeit, unterlassene Ge-

De motibus Erfordensibus ob denegatas preces publicas.

Prætensiones Moguntini, vt ciuitas Erfordensis in precibus publicis eius nominatim mentionem faceret.

H2

beth

Jansenius Erfordensis responsio

beth für einen regierenden Herrn Erzbischoff und Churfürsten wieder einzuführen. Londorpius *P. 9. c. 2. p. 6.* Theatr. Europ. *tom. 9. p. 22.* Obiiebat Senatus Erfordensis (1), preces has publicas non posse commode referri inter restituenda ex mente I. P. (2) obseruantiam allegatam nullam esse, nec doceri posse, vquam pro quodam principe, nequidem ipso imperatore nominatim intercessionem factas fuisse, aliquando quidem, si controersia incidissent cum Moguntino, se precibus publicis Deo causam commendasse, & sic personæ Moguntini quoque mentionem fecisse, non tamen *ex imperio, sed libera voluntate.* Verum qui a Moguntini partibus stabant, aliis probationibus negatam obseruantiam defendere conabantur, producendo testes, qui de obseruantia testimonium perhiberent. Quia autem senatus optime animaduertebat, sub hac controersia circa preces publicas longe aliud quid latitare, quam externa specie præ se ferebat, hinc grauioribus huic prætensionis restitit fundamentis, rationibusque non spernendis, quas rursus ex Londorpio *cit. l. p. 7,* adducere lubet. Nimirum considerandum esse voluerunt, wie es (1) zu Beschwerung der Gewissen ausschlagen wolte/ wenn vor die Herrn Erz-Bischöffe zu Mainz namentlich auff den Canseln zu bitten/ die hiesigen Evangelischen Kirchen genöthiget oder gezwungen werden solten: Denn ja der cultus diuinus, cuius pars non minima essent preces, freywillig seyn solle/ und sich nicht zwingen lieffen; massen dann auch (2) das Gebeth/ so von Anno 1626. bis 1630. geschehen/ nicht aus Zwang/ sondern aus freyen Willen und guter Wohlmeinung verrichtet worden; Wannhero (3) dasjenige/ so damals arbitrii & liberæ voluntatis gewesen/ und noch wäre/ igo/ als wäre es necessitatis, nicht exigiret/ viel weniger die Evangelischen Gemeinden durch executions Mittel darzu adigiret werden könte/ weil dadurch pastorum & auditorum conscientia grauiret würden: Auch (4) dieser Zwang leichtlich für einen Eingriff in das librum exercitium Religionis geachtet werden möchte/ indem dergestalt von einem Catholisch. Stande denen Evangel. Gemeinden vorgeschrieben würde/ was und wie sie auff ihren Canseln besen.

St.

ten sollten. Welch Schreiben und Zwang (5) ohne Verletzung und Violation des ann. 1555. auffgerichteten Religion- Friedens nicht geschehen können/ weil im selbigen versehen/ daß die Catholici die Euangelicos wider ihre conscientz, Gewissen und Willen/ von der Augspurgischen Confession, Religion, Glauben/ (welchen das Gebeth am allernächsten ist) Kirchen-Gebäuchen/ Ordnung und Ceremonien/ so sie auffgerichtet oder nochmals auffrichten möchten/ nicht dringen/ noch dawider in einiger Gestalt beschweren sollen/ ja es würde auch (6) obbedeuteter Zwang/ weil der jüngste Friede-Schluss den alten Religions- Frieden difffalls expresse confirmiret und ampliiert habe/ auff eine contrauentionem außschlagen/ und weil (7) bishero allhier in den Catholischen Kirchen für die Herrn Erzbischöffe zu Mainz auff denen Canzeln nicht mit Nahmen gebethet worden/ würde es/ wenn darzu die Evangelischen genöthiget werden solten/ bey sämtlichen Evangelischen Churfürsten und Ständen ein seltsames Nachdencken causiren: Sondern (8) bekant/ daß die Catholischen Doctores den Gottesdienst der Evangelischen und also auch ihr Gebeth bey Gott für unkräftig und verwerfflich achteten/ und nicht dafür hielten/ daß selbiges erhört werden/ oder ihnen zu statten kommen könnte: Und erinnerte man sich (9) disseitlich noch wohl/ daß a parte Moguntina offtirührtes Kirchen-Gebeth in einer Schrift pro nota omnimoda superioritatis angezogen worden. Es wäre aber (10) sothanen Gebeth anno 1626. nicht aus solchem fundament, sondern aus freyen Willen und guter Wohlmeynung darumb angestellet und gehalten worden/ weil die damalige Herrn Erzbischöffe geniemter Stadt in Abwendung in annahender Gefahr beförderlich zu erscheinen/ sich gnädigst bemühet/ und zum Fall (11) es nun aus einigem Zwang eingeführet werden solte/ solche Neuerung bey dem Chur- und Fürstlichem Hause Sachsen seltsames Nachdencken und eine gefürliche consequenz nach sich ziehen würde.

S. XVI. Sed hisce non obstantibus, sequenti anno 1650. *Cesarem de-*
cretum.
 per Commissarios decretum huius tenoris publicatum: Das
 mehr berührtes gemeine Gebeth in der Evangel. Kirchen für Zhr.
 Churfl. Gn. und Dero Erbstift Mainz auff den Canzeln ea inten-
 tionem

rione, & modo, wie solches ante motus bellicos bräuchlich ge-
 wesen / auch in das künfftige wieder eingeführet und gepflogen wer-
 den solte. Sed cum non specificè esset modus determinatus, pu-
 tauit Senatus, se satisfecisse decreto, si eo, quo dictum est *§. prec.*
 modo, preces instituerentur, in quo statu etiam hæc controuer-
 sia durauit vsque ad annum 1660. Cum enim hoc anno noua
 commissio Cæsarea contra ciuitatem a Moguntino extrahere-
 tur, acrius & vehementius controuerfia prædicta moueri cœ-
 pit, obiectumque ciuitati, nondum decreto Cæsareo esse satisfa-
 ctum, adeo, vt commissarius Cæsareus Liber Baro de Schmid-
 burg formulam precum conciperet huius tenoris: vor die Röm.
 Käyserl. Maj. alle Christl. Rönige Churfürsten und Stände / und
 dergestalt vor Jhro Churf. Gn. zu Mainz / daß Gott Dero Gemüth
 regieren wolle / auff daß die zwischen Jhro Churf. Gn. und uns fähres
 bende differentien zu gemeiner Stadt Wohlfarth ausschlagen mö-
 ge. Displicuit tamen Senatui hæc formula, hinc aliam con-
 cepit hęc sub formalibus: Wir bitten auch den lieben Gott /
 daß Jhro Churf. Gn. zu Mainz consilia dergestalt leiten und re-
 gieren wolle / damit die zwischen Deroselben und gemeiner Stadt
 vobhandene differentia zu unserer und unserer Nachkommenden
 Wohlfahrt glücklich erörtert werden möge. Dum vero Erfor-
 dendes nodum in scirpo quæsiuerunt, a partibus Moguntini
 noua clausula inuenta, quæ precibus prædictis adiiceretur,
 scil. als unser gnädigsten Herrns / & tandem ex Cancellaria
 Moguntina hæc formula producta: Wir bitten auch den lieben
 Gott für Jhro Fürstl. Gn. zu Mainz / als unsern gnädigsten
 Herrn / und Dero Erbstift / daß seine Allmacht Dieselbige im guten
 Wohlstande erhalten / und Deren consilia dergestalt leiten und
 regieren wolle / daß solche sowol zu Erhaltung beständiger gemei-
 ner Reichs-Ruhe / als glücklicher Hinlegung aller bis daher ent-
 standener Mißhelligkeit zu unserer und unserer Nachkommen gän-
 zlicher Beruhung und Wohlfarth gedeyen möge. Erfordentes,
 metuentes ne formula hæc notam superioritatis præ se ferret,
 suo modo consenserunt in formulam, sed addita tali clausula
 reseruatoria, quæ plane a Moguntino & Cæsareo Commissa-
 reo.

*Formula prima
 concepta a com-
 missario Cæsa-
 reo.*

*Formula alia a
 Senatu Erfor-
 densi concepta.*

PRECES PVBLICAS.

63

57

rio reprobabatur. Ex quo factum, vt cum Moguntini mordacitus huic formulæ inhærent, Erfordenses autem illam ita illimitate recipere nollent, tandem ignis quasi sub cineribus gliscens, in apertam eruperit flammam.

§. XVII. Dum hæc ita geruntur, domus Saxonica mensè Ian. 1661. solenni protestatione *ratione iurû protectionis* interuenit, & de suo quoque præiudicio hic agi per prætensiones Moguntinas ostendit, addens, es hätte der Rath sich erinnern sollen / daß er dem Churfl. und Fürstl. Hause mit Lehns- Pflicht / und ratione des Erbschutzes auch sonst verwand wäre / und also ja so viel und noch mehrere Ursache hätte / vor höchst besagtes Hauses Wohlfahrt und Verleyhung guter Rathschläge den lieben Gott anzuruffen. Voluit itaque, vt vel plane preces illæ speciales pro Moguntino intermitterentur, vel domus Saxonica quoque eodem modo includeretur. Londorp. *tom. 9, p. 12.* sed per collusionem quorundam factum, vt hæc protestatio supprimeretur, quin cum quorundam imprimis Lamprechtii ausibus plura in fauorem Moguntini indulgerentur, deciso Cæsareo die 24. Febr. 1661. ministerio Erfordensi, quod itidem variis ex causis preces illas admittere nolebat, sub pœna iniunctum, vt formulam præscriptam publicis in congregationibus recitaret, neque villo modo amplius resisteret. Sed ne sic quidem Senatus Cæsareo decreto morem gesfit, sed noua deductione plures allegauit rationes, quare aliam haud possit recipere formulam precum, quam in quam consenserat. vid. *Theatr. Europ. Pol. 9. p. 549.* Nihil tamen obtinuit, sed nouo mandato Cæsareo paritio iniuncta adiecta hæc clausula: *Ihren vorigen Kaysers. gerechten Befehl gehorsaml. nach zu kommen / und ohne fernere tergiversation, Einrede oder prætext, wie sie auch Nahmen haben möchten, das Gebeth ohnfehlbahr zu Werck zu richten / und sich weder des ministerii noch andere Ein- oder Wiederreden darinn nicht irrig noch abwendig machen zu lassen / und daß solches geschehen innerhalb 2. Monathen von Einantwortung dessen anzurechnen / glaubwürdig zu dociren / widrigen falls nicht allein die declaratio pœnæ, sondern auch weitere Verordnung zu Erhaltung der Kaysersl. Autorität und*

Protestatio Saxonica.

Decisum Cæsareum.

Nouum mandatum Cæsareum penale.

Re-

Respects vñsehlbar ergehen würde. Sed nec hoc nouo mandato Moguntinus introductionem formulæ præscriptæ obtinere potuit, præsertim cum Senatus Erfordensis sub Saxonica protectione se satis securum ab omni violentia credebat, donec tandem post varias concertationes noua formula a Senatu Erfordensi conciperetur, cui pro securitate iurium suorum præter Aepiscopum Moguntinum etiam Electorum reliquosque duces Saxonix inferebat, sub hoc tenore: Wir bitten auch für weltl. Obrigkeit / für Röm. Käyserl. Majestät / alle Christliche Könige und Chur-Fürsten / bevorab für Ihre Churfl. Gn. zu Mayntz und für Ihre Chur- und fürstliche Durchl. zu Sachsen / auch andere Fürsten und Herrn / verleihe ihnen &c. Theatr. Europ. cit. l. p. 885. atque hæc formula d. 19. April. 1663. statim introducta & publicis in ecclesiis recitata, sed mox per commissarium Casareum rursus reiecta, & reprobata, quæ res nouis motibus ansam dedit, vt tandem mense Octor. 1663. declaratio banni contra ciuitatem prædictam declarata & Moguntino executio demandata fuerit, quo ipso plenissime seopum, per preces hæc publicas valde controuersas intentum, obtinuit. Hæc omnia ideo plenius enarrare volui, vt ostenderem publico exemplo, in quantas hodie preces publicæ coniectæ sint controuersias & simultates, postquam inde imperii vel superioritatis prerogatiua defumi cœpit.

An quoque princeps Catholicus in ecclesiis protestantium preces exigere possit.

§. XVIII. Argumenta in vtramque partem adducta eo minus nunc sub examen reuocanda sunt, quo magis constat hanc litem iam dudum sopitam esse. Interim occasione illarum rationum, quæ ex ministerii Erfordensis sententia §. 15. adducta sunt, lubet nunc illam mouere quaestionem, an princeps possit subditis diuersæ religionis iniungere, vt precibus publicis eundem includant? quod ministerium Erfordense in dubium vocasse videtur, dum sub n. s. existimauit, eo ipso ladi liberum religionis exercitium, & conscientis vim inferri, cum tamen etiam subditis Catholicorum statuum liberum religionis exercitium, quatenus illud anno 1624. habuerunt, in l. P. art. 5. §. 12. datum sit. Verum sicuti dici haud potest,

PUBLICAS PRECES.

63 58.

potest, eo ipso liberum exercitium religionis impediri, si a principe territorii, diuersæ quamuis religionis, intercessionum solennes exigantur, quippe ad quas alias omnes subditi, quæ tales, cuiuscunque religionis sint, obligati sunt, ita multo minus ostendi potest, quod conscientiæ grauentur. Paulus admonet grauius Christianos, vt pro magistratu etiam Ethnico preces fundant, quod etiam Christiani in primitiua ecclesia suis in congregationibus exacte obseruarunt, ceu supra 2. 1. §. 10. & 11. notatum, quo imprimis respicit locus ex Optato Mileuitano adductus. Quidni etiam Christiani pro æque Christiano magistratu preces funderent, licet diuersitas sectarum inter illos deprehendatur? Imo si vel maxime princeps esset turca vel gentilis, tamen adhuc maneret princeps, & sic pro eo, qua tali, Deus esset inuocandus, vt subditi sub eius regimine vitam tutam tranquillamque agere possent. 1. Tim. II. 1. 2.

§. XIX. Circa ipsas formulas intercessionum adhuc breuiter monendum est, nonnullis in ecclesiis moris esse, vt, quoties in precibus publicis mentio domini territorii iniiciatur, titulos consuetos longa serie soleant recensere, quæ res sicuti non leuem abusum habet, ita absque nota aliqua haud dimittenda. Facultas Theologica Gryphiswaldensis anno 1610. apud Dedekennum in *Consl. Theol. Vol. 1. Rubr. vom Predigtamt M. 7. S. 2. n. 18.* hac de re ita censuit, omnes quidem eiusmodi ritus liberos esse, sed tamen ita adornandos, ne in detrimentum ecclesiæ & abusum vergant. Iam autem non posse ostendi, vtile & ecclesiæ consultum esse, vt eiusmodi titulis in precibus superbiatur, cum omnes, pro quibus orandum est, coram Deo, vt peccatores comparere, & se eius misericordiæ submittere debeant, esse quoque præterea in eo non leuem abusum, quod ita in congregatione fidelium diuites & potentes nimis extollerentur, sed pauperum, qui tamen Deo commendatissimi esse solent, vix dicis gratia & obiter mento iniiceretur, esse denique non leuem offensam, quod ita ministri ecclesiæ ostenderent, se in ecclesia *προσωποληψίαν* amare & indul-

An in formula intercessionum titulus superbiendum.

indulgere affectibus &c. Hæ rationes vti suo pondere non deficiunt, ita sine dubio in supplicationibus pro priuatis instituendis merito ab eiusmodi pompa titulorum & elogiorum abstinendum est; in intercessionibus autem pro domino territorii faciendis hoc quidem non inconueniens aut Dei voluntati aduersum esse videtur, quando talia epitheta illi applicantur, per quæ subiectionis vinculum subditi testantur v. c. si clausula, unsern gnädigen Landes-Herrn/ Ihro Durchl./ Ihro Königl. Maj. vel alia huius generis verba adhibeantur. Ill. Do. Stryk in not. ad ius eccl. Brunnem. lib. 1. c. 6. m. 6. §. 8. sicuti hoc ipsum quoque in patria mea obseruari memini, vbi formula solennium precum absque vlla ceterorum titulorum pompa ita se habet: Ingleichen schüze/ erhalte und stärke durch deine mächtige Hand Ihro Hochst. Durchl. Prinz Carl Friedrich unsern gnädigsten Landes-Fürsten und Herrn/ &c. Sed cetera pompa titulorum, quando simul omnes prouinciæ longa serie recensentur, merito omittenda erat, quippe quæ huic negotio minus conueniens est.

Quo iure patroni precibus publicis includendi sint.

§. XX. Deuenio nunc ad patronos & dominos iurisdictionales, qui ordinarie quoque precibus publicis inseri solent. Neque hic mos pro patronis nominatim orandi heri aut nudus tertius inualuit, sed ex antiquissima dependet obseruantia, vti cap. 1. §. 19. vbi in Concilio Emeritenfi sub Papa Vitalino hoc iam dispositum fuisse memoratur. Scilicet proficuum & conducibile ecclesiæ videbatur, vt illis honor præcipuus in ecclesiis haberetur, qui ecclesias vel fundauerant vel extruxerant, vel dotauerant, vt alii eo magis allicerentur ad imitationem, cum plerique homines ambitione ducantur. Hinc quoque Dd. communiter prouocare solent ad debitum reuerentiale, quod hoc ius patrono competat ob reuerentiam, ad quam eidem exhibendam ecclesia obligatur. Paulus de Citadin. de iure patron. p. 6. art. 6. n. 2. segg. Carpou. iurisp. Eccl. lib. 1. def. 55. n. 9. 10. & lib. 2. def. 259. n. 13. segg. Et hoc intuitu etiam præminentiam seu primum locum eidem tribuunt
in

in templo & processionibus c. pie mentis 26. in f. c. Frigentius. 27. C. 16. §. 7. c. nobis 25. X. de iure patron. quos quidem textus Canonistæ varie alias explicant, adeo vt plures in dubium vocent, an etiam cultus ille externus inde erui possit. Ill. Du. Stryk. in not. ad Bruntemann. ius ecclesiast. lib. 2. c. 8. §. 25. Gonzalez Tellez ad cit. c. 23. verb. honor processionis. hoc tamen interim certum est, quod interpretatione vsuali in hunc sensum communiter tracti fuerint, quod nec Gonzalezius in f. diffretur. De praxi harum intercessionum pro patronis testatur Carpzouius cit. def. 259. & Brunnem cit. l. quod & illustratur responso adducto a Zieglero, tr. de iure maich. lib. 1. c. 17. §. 4. quod hic inferere placuit: Hat der Fürst zu A. dem Herren Graffen zu B. Dero Herrschafft E. auff einen Wiederkauff überlassen / darben aber etliche iura, und darunter die Geistlichkeit und geistliche iurisdiction außserhalb dem iure patronatus, und was demselben anhängig / so der Herr Graff B. allein haben solle / ihm reservirt, und es wil igo so wohl wegen des Kirchen-Gebeths / als auch wegen der Kirchrechnung und anderer Gerechtigkeiten sich Zweifel ereignen / nach mehrern Inhalt eures Berichts. Ob nun wol der Fürst zu A. Ihnen die Geistlichkeit und geistliche iurisdiction angetragen; dennoch aber und dieweil der Herr Graff B. nicht allein das ius patronatus, sondern auch die hohen und niedrigen Gerichte in der Herrschafft E. durch den Wiederkauff überkommen / und durch eine löbliche Gewohnheit allenthalben eingeführet / auch bilig ist / daß so wol vor die Gerichts-Herren / als auch vor die Collatores das Kirchengeth in specie eingerichtet wird / so mögen dannenhero die Pfarrer in allen Kirchen der Herrschafft E. in dem allgemeynem Kirchen-Gebeth nach Ihrer Fürstl. Durchl. A. in d. Dero Fürstl. Hause auch vor dem Herrn Graffen B. und dessen Hause namentl. und ausdrücklich zu bitten / und hierüber auch bey ereignenden Special-Fällen / als wenn der Herr Graff gefährliche Reisen angethet / oder wenn seine Frau Gemahlin schwanger / oder eines unter Ihnen krank sich befindet / absonderliche Vorbitte abzulesen / und zu thun sich nicht entbrechen.

*An etiam pro
patroni vxore &
liberis nomina-
tum orandum.*

§. XXI. Multum, vt ex adducto responso patet, hic ob
seruantix tribuendum est, cum hæc in eiusmodi ritibus ec-
clesiasticis pro lege obseruari soleat, adeo vt Carz. 20. *Iurispr.*
Consl. tit. 2. def. 200. n. 3. non necesse esse ducat multum in ra-
tiones eius inquirere, quod quidem non ita absolute admit-
to, vim tamen ipsam eiusmodi obseruantix non detraho. Sic
in pluribus ecclesiis ruralibus non tantum patronus ipse no-
minatim allegari siveuit in supplicationibus, sed etiam vxor
& liberi, id quod experientia etiam de dominis iurisdictiona-
libus, de quibus mox dicendum, comprobatur, adeoque si hoc
ipsum per obseruantiam constantem comprobatur, nascitur
inde patrono & domino iurisdictionali ius huiusmodi pre-
ces pro vxore & liberis quoque exigendi. Disputatum id
nuper fuit in causa quadam, vbi patrono, qui simul iurisdic-
tionem habebat, hoc ipsum in controuersiam vocabatur, sed
rescriptis regis hæc tandem lis ita sopita, quæ illustrationis
vberioris gratia hic adiciere placet. Primum est huius teno-
ris: Welcher Gestalt die Innhaber des Amts S. sich über die un-
ter dieses Amts gehörige Prediger, daß sie das Kirchen-Gebeth
vor die Frau Marschallin von S. und Ihre Fräulein noch nicht ver-
richten wollen / insonderheit aber den Prediger zu U. daß er die
Gräffl. Bediente und Rätthe denen Supplicanten vorgefetzt hat-
te / beschweret / und was sie zu verfügen gebethen / solches wird
gedachten Prediger unten benannt / vermittelst des Copeitlichen
Inschlusses communiciret / und Ihnen hierdurch anbefohlen / daß
Sie allerseits so fort bey Vermeidung empfindlicher Straffe das
Kirchen-Gebeth vor gedachte Frau Marschallin / und Ihre Fräu-
lein mit verrichten / der Pfarver zu U. auch die Vorbitte für die Sup-
plicanten und Gräffl. Beambte also ablesen sollen / wie es vormalts
gebräuchlich gewesen / und in andern Kirchen besagten Amts S. bis-
her damit gehalten worden / wornach dat. Halle d. 18. Dec. 1704.
Cum vero ne sic quidem contradicentes mandato regio mo-
rem gererent, arctiori mandato, tum ad Consistorium, tum
ad Parochos detrectantes directo, paritio iniuncta est. Pri-
us

PRECES PVBLCAS.

69

100.

us ad confistorium directum erat huius tenoris: Friedrich Kö-
nig &c. Welcher gestalt die Inhaber des Amts S. sich über euch
beschweren/ daß ohnerachtet wir euch zu einigen mahlen anbefoh-
len/ das Kirchen-Gebeth in denen Kirchen des Amts S. vor die
Frau Hoff-Marschallin von H./ und Ihre Fräulein verrichten/ und
durch den Pfarrer zu U. die Vorbitte vor die Supplicanten und
die Gräßfl. Bediente und Rätthe/ wie es vormals gebräuchlich
gewesen/ und in andern Kirchen besagten Amts gehalten
wird/ Ihr dennoch gedachten Predigern Unfern disfalls an Sie
sub dato d. 18. Decembr. a. p. ergangenen Verordnung parition
zu leisten/ inhibition gethan habet/ das zeigt der Einschluß.
Gleichwie wir nun solches missfällig vernehmen/ und zu eurer Ver-
antwortung ausgestellt seyn lassen/ also befehlen Wir euch hier
durch nochmals allergnädigst/ jedoch alles Ernstes/ euch dergleichen
zu enthalten/ und gedachten Predigern/ an welche wir unter heuti-
gen dato gehörige Pœnal-Mandata abgehen lassen/ das Kirchen-
Gebeth und Vorbitte anbefohlnen massen ohne Hinderniß verrichten
zu lassen. Hieran 2c. Seynd dar. Halle d. 29. Jan. 1705. Alte-
rum Rescriptum ad Parochos ita se habebat: Welcher gestalt die
Inhaber des Amts S. sich über einige unter dieses Amts gehörige
Prediger unten benannt/ daß sie an sie untern 18. Decemb. a. p.
ergangenen mandato zu folge/ das Kirchen-Gebeth vor die Frau
Marschallin von H. und ihr Fräulein/ insonderheit aber der Pres-
diger zu U. die Vorbitte vor die Supplicanten und die Gräßfl. Be-
diente und Rätthe/ wie es vormals gebräuchlich gewesen/ und in an-
dern Kirchen besagten Amts gehalten worden/ nicht abgelesen haben/
abermals in Schrifften beschwerer/ und was sie zu verfügen ge-
bethen/ solches wird euch gedachten Predigern vermittelst des Co-
peilichen In schlusses communiciret. Nun hatte man vermeynet/ es
würden dieselben obgedachten Unferm Befehl ein Gnügen gethan/ u.
das Kirchen-Gebeth und Vorbitte vorgedachter Massen verrichtet
haben/ diereil aber solches nicht geschehen/ so vernimmt man es miss-
fällig/ und wird ihnen hiedurch nochmals/ und zwar jeden bey 10.
Rthl. Straffe/ so zu milden Sachen angewendet werden sollen/ an-
befoh-

befohlen / sothaner Ordnung ohne weiters tergiuersiren zu gehor-
samen / und das Gebeth und Vorbitte anbefohner massen einzur-
richten / wornach sie sich zu achten / und ihre Nahmen der Insinua-
tion halber zu unterschreiben haben / dat. Halle / d. 29. Jan. 1705.

*An in casu plu-
rium patrono-
rum singuli no-
minibus propriis
allegandi sint.*

§. XXII. Quodsi plures sint patroni vel domini iurisdic-
tionales, qui in solidum hæc iura in pago quodam exercent,
non raro controuersia oriri solet, an singuli *nominibus propriis*
in precibus, an vero *nomine collectiuo* allegandi sint? Mirandum
certe est, quod eousque ambitio hominum progredi soleat,
vt etiam de eiusmodi inanibus honorum pompis lites moue-
re soleant, quæ certe in re tam serua, & vbi de Deo colendo &
inuocando agitur, merito abesse debebant. Et si dicendum
quod res est, si vnicum illud asyllum commune, *obseruantiam*
scilicet (quæ tamen sæpe inconstans, varia & haud inueterata
est) tollas, vix excogitari possit ratio decidendi, qua is, qui
hanc singularem prærogatiuam præterdit, se possit tueri.
Non enim sequitur: *intercessionibus sunt faciende pro patronis, ergo*
quoque nominatim allegandi sunt. Et si vel maxime communis
obseruantia ferat, vt, si vnus tantum adsit patronus, hic ple-
rumque nominatim allegetur in precibus, tamen inde non
statim argumentum duci potest ad alterum casum, si plures
adsunt, qui coniunctim ius patronatus exercent, quin cum
coniunctim exercent ius patronatus, sufficere videtur, si
coniunctim quoque sub nomine collectiuo allegentur, quod
ipsum optime illustratur ex sequenti Rescripto Regis poten-
tissimi Borussiae huius tenoris: Was die Gebrüdere von
N. N. auff Unsere an euch / wegen der Vorbitte vor die Patronen
der Kirche zu N. sub dato den 19. Octobr. 1702. ergangene Ver-
ordnung abermahl in Schrifften fürgestellt / und was sie zu ver-
fügen gebethen / solches erhellet aus dem Copeil. Einschlusse mit
mehrern? diweil wir nun zu beständiger Abhelffung dieser des
Kirchen-Gebeths halbern erregten ärgerlichen Streitigkeit /
aus erheblichen Ursachen für gut befunden / daß die Vorbitte zu
N. und S. überhaupt für die dortige Herrn Patronen und Abel. Ge-
richts

richts = Obrigkeit und deren Adel. Familien samt und besonders eingerichtet / und ferner keine Beschwerde darwider angenommen werden sollen. Als committiren und befehlen Wir euch hierdurch euch darnach zu achten / und die Vorbitte also / wie vorgedacht / einzurichten. Seind &c. dat. Halle / den 8. Martii 1703.

§. XXIII. Ex quo fundamento autem domini iurisdictionales ius habeant exigendi intercessiones paucis videntur. Zieglerus supra adducto responso §. 20. prouocat (1) ad obseruantiam, (2) ad æquitatem. Addit Carpzouius *iuriapr. eccl. lib. 2. def. 259. n. 9.* & hanc rationem, quod non sit negligenda salus dominorum iurisdictionalium, qui in Diocesi iustitiam administrant, postquam salus ecclesie & religio cum iustitia ita connexa ut una sine altera vix radices agere queat. item n. 11. quod cura religionis ac defensio ecclesie non minus quam iustitie administratio officio magistratus politici incumbat. Hæ rationes sunt quidem sue sue, sed non iustitie, ius imperfectum non perfectum ostendunt, scil. quoad magistratum subordinatum. Vnde iterum fere recurrendum ad obseruantiam constantem, quæ ius dominis iurisdictionalibus tribuit, & hæc obseruantia eo rationabilior, quo magis congruit monitis Apostoli Pauli, qui monet etiam pro subordinato magistratu orandum esse, & hic pro tuenda æquitate obseruantie rationes Carpzouii aliquid operari possunt. Interim ipsa adornatio precum ad eos minime spectat, sed iurisdictioni ecclesiasticæ relinquenda, quæ in confessorio expeditur, quod vterius declarat Zieglerus *loc. cit.* Ceterum quod dictum est, huiusmodi iura fere sola obseruantia fundari, adeo verum est, ut non raro ex imprudentia trahatur in abusum. Sæpe enim quædam ex obseruantia antiqua retinentur, quæ tamen præsentis temporis minime conueniunt, quod & in precibus publicis contingit. Sic memini in patria mea adhuc in ecclesia Cathedrali Sclesuensi antiquas formulas intercessionum præfecto, qui quondam ibi fuit, adhuc retineri, cum tamen a pluribus annis talis defecerit, quo ipso fit, ut preces in effectu pro non ente fundantur, id quod formulariæ superstitioni adscribendum.

§ XXIV.

Quo iure domini iurisdictionales exigere possunt preces.

Quomodo preces a privatis exigantur.

§. XXIV. Tandem deueniendum ad singulos Parochianos, qui etiam plerumque preces pro se, certis in casibus exigere solent, sed hic plures sunt rationes diuersitatis notanda. Nam (1) prætere nequeunt, ut precibus solemnibus post concionem institutis nominatim inferantur, vti hætenus id asseruimus de personis prædictis, sed vbivis fere moris est, vt finita oratione solenni demum hi, qui intercessionem desiderant, Deo commendentur. Qualis autem huius diuersitatis ratio sit, equidem vix ostendi potest, nisi vel obseruantia id attribuere, vel, quod probabilius est, dicere velis, singularem mores ecclesiarum in eo hætenus posuisse prærogatiuam, quod certæ tantum personæ in solemnibus precibus allegentur, reliqui autem, quasi appendicis loco demum commemorarentur, id quod nec dissimulat Carpzon. *in iur. eccl. lib. 2. def. 260. n. 1.* Vnde quoque Parochiano nulli qua tali ius esse volunt exigendi, vt desideria eius in ipsa oratione solenni Deo commendentur, quo tendunt verba Rescripti Carpzoniani, *cit. l.* Wann den Supplicanten Vermöge ihrer Subscription dieses Orts weder Collatores noch Gerichtsherrn / sondern nur eingepfarrete sind / und dahero von den Bürgern außer ihres Abstandes keinen Vorzug haben / auch ohne das in dem Gemeinen Gebethe in denen Worten / (und ganzer Christlicher Gemeine) begriffen / so tragen wir ihrenthalben etwas sonderliches anzuzordnen Bedenken. &c. Accedit, quod illi tantum precibus publicis allegentur, pro quibus ordinarie orari solet, at pro priuatis aliis tantum extra ordinem supplicationes fiunt ad breue aliquod tempus.

Quando singuli intercessores exigere possint.

§. XXV. Neque (2) semper, sed demum necessitate ita ferente intercessionem exigere possunt, cum contra pro reliquis supra memoratis personis ordinarie & semper preces fieri debeant. Causæ intercessionum sunt varix, morbus, iter, puerperium, desponsationes, &c. vbi tamen rursus insignes solent committi abusus, quod ex Mengerio *in scrutin. Consuet. c. 18. qu. 18.* optime obseruauit Ill. Dn. Stryk. *ad Brunnem. ius Eccl. lib. 1.*

PRECES PVBLICAS.

lib. r. c. l. m. d. s. s. Verba ipsa hic repetere placuit: So sind auch
 etliche geartet / die solcherley Kirchen-Gebethe für eine Pracht-Ce-
 remonie halten / und sobald ihnen nur das liederlichste vorstößt /
 und widerfähret / daß sie sich etwa im Finger geschnitten / ein Bein
 verretten / ein Zahn wehe thut / haben etwa über Land zu reisen auff
 ein paar Meilen Weges / so muß so bald ein Zettel in der Kirchen / da
 wird ein Christlich Gebeth zu thun begehret / mancher wird im Zet-
 tel todten krank und sterbe-siech gemacht / kommt man bey ihm zu
 Hause / und will ihn aus Christi Mitleiden besuchen / so sigt er am
 Tische / ist lustig und guter Dinge &c. Offt lassen die stolzen Frau-
 en allzueitlich vor sich bitten / als wenn sie schwanger wären / und
 wenn denn ein halbes Jahr allemal die Bittzettel vor der Cansel
 gelesen worden / so lauffts endlich in Iam! aus / der Bittzettel ver-
 leuret sich von der Cansel / Ursach / das zarte Fräulein hat sich be-
 thöret / und ist nie schwanger gewesen / und gleichwol hat man also
 die Pracht-Ceremonie und das grosse Spiegel-Fechten gebrau-
 chet / und die ganze Gemeine damit äffen müssen. Idem abusus quo-
 que occurrit in desponsationibus faciendis, vbi, postquam iam
 priuatim factæ, & adhuc die solis publice repetendæ sunt, pom-
 pe & ostentationis gratia præmitti solent solennes preces vor ein
 Christi Eh- und Ehren-Werck vti formula sonat, quibus Deus
 inuocatur, vt corda eorum dirigere velit, vt coniungantur
 & vniantur, si desponsationem hanc voluntati suæ confor-
 mem viderit. Si preces essent faciendæ, illæ quidem ante-
 quam priuatim desponsatio fieret, suscipi deberent, nec vero
 eo tempore, vbi vtrinque iam consensus adest: Sicuti enim
 tunc publici decori gratia sponsalia publice repetuntur, ita
 quoque preces eiusmodi decori gratia plerumque fieri solent.

§. XXVI. Vltius [3] in eo quoque diuersitas latet, quod
 quamuis ceteri, de quibus supra actum, nominatim in pre-
 cibus commemorentur, tamen parochiani saltim generali cir-
 cumscriptione a sexu & habitationis loco desumpta denoten-
 tur, quo magis impelluntur auditorum curiosæ mentes, vt
 loco intercessionum faciendarum sollicitas disquisitiones in-
 stituant, quasi tanquam ænigma hæ preces ipsis offerrentur,
 vnde fit, vt quæ preces debebant esse communes, iam fiant soli-
 tariæ,

Abusus circa
 intercessiones
 pro singulis.

Preces pro de-
 sponsatione.

An nominatim
 preces pro pri-
 uatis fundi pos-
 sint.

zariae, ad instar solitiarum missarum pontificiarum, quamvis enim satis ampla multitudo in ecclesia adfit, illa tamen plerumque circa has preces esse solet magis muta, quam piscis, sua nihil referre existimans. Aliquando tamen consultum imo necessarium videtur, ut is, pro quo intercessio publica suscipitur, vel nominetur vel ita specificè circumscribatur, ut de eius persona singulis & maxime illis, quorum interest, constare possit. Alicubi enim moris esse solet, ut ægrotus morti vicinus per ministerium ecclesiæ publice deprecetur delicta in alios a se admissa, subiecta contestatione, se pari modo omnia aduersariis suis remisisse &c. Er bitter hergslieb/wenn er jemand in dieser Gemeinde erzürnet oder beleidiget/das er ihm solches vergeben wolle/wie er auch ihnen alles mit einander vom Herzen vergeben und vergessen haben wolle. III. Dn. Stryk. *de iure sens. diss. 9. c. 4. n. 10.* Hæ solennes deprecationes habent etiam suum in foro ciuili effectum, scilicet, ut si ægrotans sanitati restituatur pristinae, non amplius saluam habere possit actionem iniuriarum, quoniam semel serio declarauit animum, remittendi iniurias. Dn. Stryk. *cit. l. Obiectiones hic fieri solitas resoluit Dn. Præs. diss. de iniust. act. iniur. c. 10. §. ult.*

An iure perfectio exigi possint.

§. XXVII. Porro [4] illud quoque possit suppeditari discrimen, quod preces pro priuatis magis iure imperfecto exigantur, cetera iure magis perfecto: cum non semper & ubique, sed, necessitate demum ita ferente, tales preces pro priuatis fiant. Sed vix est, ut hoc discrimen admitti possit, si rem secundum mores hodiernos æstimamus. Rarius quidem hæc quaestio in discrimen vocabitur, quippe cum hæc preces tanquam lucrosæ & hamatæ nunquam denegari soleant. Interim tamen si de parochianis sermo est adstricti videntur sacerdotes obligatione perfecta, ne desideris eorum, qui preces exigunt, desint, tum, quia obseruantia ecclesiæ, quæ etiam in collegiis ius facit, singulis ius tribuit ad preces illas conuenienti casu exigendas, tum etiam, quia parochi ad hoc ipsum per ordinationes ecclesiasticas adstringuntur, tum denique quia nullam allegare possent rationem sufficientem, cur preces huiusmodi recusarent, consequenter in denegatione non possent non pro-

03.

propriis indulgere affectibus. Si obicerent, atqui iste, qui preces exigit, est impius, regererem, eo magis pro eo preces sunt faciendæ, vt Dei Gratia a via peccatorum reuocetur. Si dicerent: indignus est, pro quo preces in ecclesia fiunt, responderem, Saluatorem aliosque pios pro inimicis orass.

Si vltterius instarent, preces hæcæ absque vlla necessitate exigi & pompæ gratia, parata esset responsio, ministrum ecclesiæ ita preces posse formare, ne sint tales, in quem finem forsân exiguntur, de quo tamen non semper constat. Neque enim existimo, ministrum ecclesiæ semper preces adstringere debere ad schedulas, si rem aliter se habere, ipsi satis congerere debet ad schedulas.

Minister ecclesiæ non semper preces adstringere debet ad schedulas. *Minister ecclesiæ non semper preces adstringere debet ad schedulas.*

ster, sæpe enim, quod non nego, in Dyptichis illis verba continentur parum apta, imo causa talis, cuius publice mentioni facienda non erat, circa quas circumstantias minister ecclesiæ caute procedere debet. Gisbertus Voetius *pol. eccl. p. 1. lib. 2. tr. 2. c. 1. p. 501.* Vnde illud nunc in quaestionem venit, an in denegatione precum absque vlla causa ex affectibus priuatis facta talis iniuria lateat, ob quam in foro externo minister denegans conueniri possit a cõtione iniuriarum? Id quidem impium & plane omni rationi Christianismi contrarium esse facile credo, sed cum in foro ciuili plura conscientis committantur singulorum, hinc inde rationem decidendi nullam peti posse existimo. Propterea si constaret de mente ministri ecclesiæ, quod in contemptum alterius hoc fecisset, de iure quidem stricto fundata esset actio ad deprecationem, sed quemadmodum iudici multum circa has odiosas & peruersas actiones indultum est, vt ostendit Dn. Præses *cit. disput. de iniust. act. iniur. cap. 10.* ita non intermitat, omnes adhibere vias, quibus statim absque omni strepitu talis peccaminosa lis sopiatur.

An in denegatione precum iniuria lateat.

§. XXVIII. Addi quoque (5) ex communi praxi possent hæc differentia, quod pro priuatis tantum preces fundantur in ecclesia parochiali, sed non alibi. Vbi tamen merito hoc prius examinandum, an parochiani sint adstricti, vt præcise in ecclesia parochiali intercessionem pro se exigant, & annon possint has etiam in alia exigere ecclesia. Equidem iure perfecto hoc ita exigere nequeunt a parochiano suo, vt quidem pro-



proprio, id quod ratio finium parochialium societatisque parochialis facile ostendit. Sed quid si parochus alienus consentiret, & sponte eiusmodi intercessionem suscipere, an ius competere parochi proprio prohibendi? an ius cogendi parochianos, ut in propria parochia preces exigere? In iure enim *cogendi & prohibendi* ius parochiale potissimum consistit. Verum cum ius prohibendi potissimum tunc sese exferat, si peregrinus parochus in alterius parochia actum quandam parochialem exercere velit, preces autem hæc in propria instituantur parochia, neque ita limites parochiales confundantur, aut quid in aliena parochia fiat, & præterea preces seu intercessionem pro aliorum salute facere sit negotium extra omne commercium positum, & denique parochianis necessitas in eo nulla imponi possit, quod libertati eorum relicta est, uti sunt intercessionem, hinc recte tales intercessionem in aliena parochia fieri posse existimarem, neque ius parochiale parochi competens ullo modo lædi. Quia ex eodem fundamento sequitur, etiam in ecclesiis non parochialibus huiusmodi intercessionem licite fieri posse. Verum cum ob lucrum, quod inde sperant parochi, merito metuendæ essent contentiones inter parochos, non raro quoque hoc solet ordinationibus ecclesiasticis determinari, & intercessionem ad ecclesias parochiales adstringi, cui tunc pacis publicæ & evitandæ contentionis gratia merito standum.

Intercessionem hæc sunt lucrosa.

§. XXIX. Hanc quoque (6) posses addere differentiam, quod hæc intercessionem ordinariæ sint lucrosæ, cum plerumque necessitatem adiunctam habeant, soluendi honorarium quoddam parochi, id quod adhuc ex antiquo more oblationum, de quibus *c. 1. §. 19.* actum est, provenisse in confesso est. constat enim, haud alios fuisse in precibus commemoratos, quam eos ipsos, qui liberales in oblationibus fuerunt. Indæ hæc obseruantia, utpote grata, continuata per tot secula ad nos transit. Iam proceres Germaniæ in *centum gravaminibus* adversus clerum Romanum propositis, & in Comitibus Noricis editis conquesti sunt de quatuordecim cleri negotiationibus, dum §. 46. ita conqueruntur: *Ita ex onere fertur onus, consueque ut nullum*

lum gratis, nisi numeretur semper aliquid, ministrent sacramentum, ecclesiaeque Christianae donum, ad quod tamen praecipuum gratis ut facerent darentque gratis, quae nullo ere redimi possunt, atque ipsi gratis accipissent, sacrosancti Evangelii attestantibus literis tenebantur. Ipsa graua mina repetit Schilterus de libert. eccl. lib. 7. c. 2. Collimat etiam huc Erasmi Roterod. Cent. 1. adag. 12. describens clerum sui temporis; Sacrificant, ait, conducti, non psallunt gratis, non orant gratis, non imponunt manum gratis, vix procul mota manu benedicunt, nisi dederis. Quae res mouit serenissimos fratres, Casimirum & Georgium Maggrauios Brandenburgenses, ut anno 1526. plane has nundinationes factas interdicerent, quod ex Authentico scripto apud Londorp. Part. 1. lib. 1. c. 3. apparet. Et vrinam sacrae hae negotiationes in ecclesiis nostris haud essent cognitae! Hic enim sacer daniarius est lapis offensionis, amulationis mater, contentionum fons, praesertim si alteri parochorum plus faueant parochiani. Hinc ad auerruncandas has lites determinari solet in ordinationibus ecclesiasticis, cuiusnam ex Parochis hoc lucrum praecipuum debeatur. Alicubi illud debetur Pastori primario, alicubi diuiditur, alicubi aliter de hoc lucro disponitur. Non puto autem, perfectio iure hoc honorarium peti posse, sed quoque hic applicari posse monitum ICti in l. 1. §. 5. de extr. aord. cognit. multa honeste accipiuntur, quae minus honeste petuntur, sicuti quoque multis in ecclesiarum ordinationibus cautum est. Praeterea cuiuslibet libertati hoc solet relinquere; aliquid hic determinatum est, ex quo eo magis nunc obligatio imperfecta concludenda est.

s. XXX. Ipsae preces pro priuatis sunt varii generis. Communiter tamen ad duas referri solent classes, quod sint vel intercessiones vel gratiarum actiones. Circa illas haud raro insignes committi solent abusus, quemadmodum ex Mengerlingio supra iam monitum est. Illud vnicum adhuc ex patriae moribus, quos obseruaui, hic addere placet, quod aliquando etiam pro aedibus, quibus imminet periculum, intercessiones fieri soleant. Ea scilicet superstitio communiter omnes ibi inuasit, ut ex certis indicis colligere & praesagire soleant futurum & instans incendium, si nimirum flamma quaedam imaginaria circa illas aedes visa fuerit, quod vocant das Haus sey vorgebrannt/ quasi vorhergebrannt. Praeterea solent attendere colorem flammae vel ignis putatiui, qui si magis pellucidus & splendidus fuerit, inde solent omen seu praesagium mortis capere: Ceterum si magis inclinare videatur in speciem aurorae rubrae similem, tunc certum inde indicium incendii imminenti colligunt. Haec semel alta mente concepta opinio ansam dedit, ut intercessiones quoque eiusmodi in casibus fieri soleant, hisce, ni fallor, sub formalibus: Es wird zu bitten begehet vor ein Haus/so vorgebrannt/ an dem und dem Ort. Gott wolle ihn und sein Haus gnädiglich behüten &c. quo ipso videntur intercessiones ad vtrumque casum & incendii & mortis dirigere, quae ratio precandi an a superstitione absolui possit dubito. Hoc expeditum est, certam huius superstitionis causam dari non posse, interim tamen plerique ea ita ducuntur, quasi piaculum esset ab illa recedere. Sed & de gratiarum actionibus quaedam adhuc monenda supersunt. Alicubi fiunt pompa & ostentationis gratia, dum sub auspicio noui anni nonnullis in locis pro ditio.

78 CAP. III. DE IVRE EXIGENDI PRECES PVBL.

ditioribus singulares gratiarum actiones ad Deum dirigi solent, quod anno præter-
lápso sua clementia & gratia eos susceperit & fouerit. Quo ipso fit, vt qui nihil
possunt contribuere, eorum nomine quoque gratiarum actiones omittantur, vel
sub generali quadam clausula obiter eorum fiat mentio; & quanto plenius est ho-
noriarium, eo verbosiores sunt plerumque gratiarum actiones. Solennes quoque sunt
gratiarum actiones pro defunctis, vbi tamen merito reiicienda in nostris ecclesiis ef-
set clausula: *Godt verleihe dem Körper in der Erden eine sanffte Ruhe/* quæ adhuc
ex pontificiorum inani opinione descendere videtur, qua putant, cadavera a spiri-
tibus immundis vexari posse, quem in finem benedictio Cœmiteriorum apud eos-
dem est introducta Lancell. *instit. iur. Can. tit. de sepult. s. 1. conf. Ill. Dn. Stryk. in*
V. M. tit. de religios. s. 14. Quin in hoc quoque non leuis abusus est, quod indistin-
cte in gratiarum actionibus pro defunctis, hos, pro quibus gratia Deo agunt, bea-
tos predicent, quamuis id sibi ipsi persuadere haud possint, & infinitum foret, si om-
nes abusus hic recensere vellemus. Quocirca omnino vtile foret, si ad omnes in-
stos abusus tollendos in ordinationibus ecclesiasticis huic rei prouideretur, & re-
formatione quadã illa emendaretur, quod tamè rarissime fieri solet. Sed desino plura
addere, præsertim cum illa, quæ ad abusus diiudicandos & emendandos spectant, non
primario excutienda susceperim. Fateor, multa adhuc hinc inde addi potuisse, quæ
tamen ita comparata sunt, vt ex hæcenus dictis sine vilo labore diiudicari possint.
Ceterum vt his, quibus forsã quadã in hac nostra dissertatione nimis dura aut
censura ad verbum diuinum exacta digna videri possent, satisfaciamus, illud vni-
cum adhuc monemus, nos iura precum publicarum hic considerasse, non prout esse
debeant, sed prout secundum statum ecclesiarum nostrarum illa deprehendimus,
quæ multa adhuc emendatione indigere, facillime cum aliis confitemur, quæ vt
in salutem ecclesie vbique contingat, seruo precamur.

Conclusio.

COROLLARIA.

- I. Distinctio inter Clericos & Laicos, inter Geist- und Weltliche ex papatu ortum suum trahit.
- II. Episcopi & Presbyteri haud distincti fuere olim quoad prerogatiuum.
- III. Quod in Constit. Crim. Carol. V. art. 121. pœna capitalis Bigamis statuta sit, hoc ex Pontificiorum superstitione fuit, quod matrimonium sit sacramentum.
- IV. Plerique communem errorem errant, Ecclesiam tantum in negotiis Ecclesiasticis iudicare debere, quod tamen valde papisticum est.
- V. Non satis ostendi potest, symbola tempore primitiue ecclesie in vsu fuisse, dum demum tempore Constantini a Clero papizante ortum traxerunt.
- VI. Plerique Prophetæ in Vet. Testam. fuerunt, vt hodie loquimur, Laici.
- VII. Vix probabile est, sacerdotium a primordio singularem statum fuisse.
- VIII. Princeps habet ius circa Adiaphora.
- IX. Male Principi adscribitur brachium seculare, nisi sano sensu accipiatur.
- X. Condemnatus ad laqueum, si rupto laqueo saluus & incolumis in terram deci-
dat, denuo est suspendendus.
- XI. Si sanguis ex vulnere, naribus, oculis ore aliisue corporis interemti partibus
erumpat, præsertim eo, qui de cæde suspectus est, hoc non præbet legitimam ho-
micidii commissi probationem, aut sufficiens ad torturam indicium.
- XII. Matrimonium inter Iudæam & Christianum non est per se illicitum vel nullum.

F I N I S.

vd 18


ULB Halle
003 890.414



3

f
sb.







Farbkarte #13

B.I.G.

...RIS ECCLESIASTICI
...DE

287

RECVM CARVM,

1705, 65

ffentlichen

Gebethern/

13

...am
...NIFICENTISSIMO,
...NCIPE AC DOMINO,
...O WILHELMO,

...ARCHIONE BRANDENBURGI-
...GVBERNATORE, & reliqua,
...CLEMENTISSIMO,
...E S I D E

...N INGO *Böhmer!*
...ET FAC. IVRID. A.

...omni honoris & pietatis cultu
...rosequendo,

...RIDERICIANAЕ,
...O MAIORI
...M DCCV.

...disquisitioni subiiciet
...ALLERN, Holfatus.

...fa M DCC XI.

17

